UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Preceptoriu[m] Domini Gotscalci Hollen de ordine Heremitarum sancti Augustini

**Hollen, Godescalcus**

**Nurmberge, 1521**

**VD16 H 4471**

Preceptum Nonum

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30748**

Visual Library

A ximos ledunt. Tales etiam tenent̄ ad reſtitutionē. Explicit octauū p̄ceptū.

¶ Incipit Nonum preceptum.

# Non falſum teſtimonium dices.

Iſtud eſt nonū p̄ceptū vbi licet explicite ſolum ꝓhibeatur concupiſcentia oculorū in re aliena. Implicite tñ hic prohibet̄ vniuerſaliter omīs cōcupiſcentia ſiue cupiditas male voluntatis rei aliene. Nam ſupius in ſeptimo precepto ꝓhibuit cupiditatē opis. Hic aūt prohibuit cupiditatē cordis inordinatam. Ideo dicit̄ Exo. xx. Non concupiſces rem ꝓximi tui. Sequit̄. Nō ſeruū: nō ancillam: nō bouem: nō aſinū: nec oīa que illi⁹ ſunt Dubitat̄: vtrū lex moſayca ꝓhibuerit cōcupiſcentiā rei aliene? Rñdet mgr̄ Aug⁹. de anchona ſuper Matth. dicēs: ꝙ legē moyſi ꝓhibuiſſe cōcupiſcentiā rerū proximorū: poteſt intelligi dupliciter. Primo q̄tum ad legiſlatoris intentionē ꝛ exp̄ſſionē. Scd̄o
B q̄tum ad pene trāſgreſſoꝝ: taxationē ꝛ impoſitionē. Primo modo planū eſt ꝙ lex moſayca cōcupiſcentiā ꝓhibet: qđ tripl̄r patet Primo q̄ꝛ lex illa a deo fuit creata: vt patet Exo. ii. Sed de⁹ plus diligit mundiciā cordis q̄ꝫ opis: ꝛ ecōuerſo plus odit iniquā cogitationē q̄ꝫ opationē. Ergo deus in lege illa. nō ſolum rei aliene actualem acceptionem. verūetiam inordinatā cogitationē accipiendi ꝛ concupiſcendi ꝓhibuit. Vñ dicit Augu. in li. de decē cordis. Tange nouam cordā ꝛ interficiet̄ beſtia cupiditatis. Secūdo q̄ꝛ oīa p̄cepta illius legis tam affirmatiua q̄ꝫ etiā negatiua inducūt ipm hominem ad actum ꝛ opationē virtuoſaꝫ: ꝛ maxime ad dilectionē dei ꝛ ꝓximi: q̄ dilectio eſt forma oīm virtutū. Sed opatio virtuoſa magis ꝯſiſtit in interiori intentione ꝛ cogitatione q̄ꝫ in opatione exteriori. Nō eñ quis dr̄ iuſtus ex hoc ꝙ iuſta opa facit: ſed ſi iuſte ꝛ aīo iuſto faciat. Nec dr̄ miſericors ex eo ꝙ elemoſynā dat ſed ſi recto aīo dat: ergo neceſſariū eſt ꝙ lex illa ꝓhibeat inordinatā intentionē ꝛ ꝯcupiam interiorem. Tertio q̄ꝛ illud p̄ceptū. Non ꝯcupiſces rem et domū ꝓximi tui: inter alia p̄cepta illius legis numerat̄. Et vult Aug. in li. de decē cord. ꝙ nō furari ꝛ non ꝯcupiſcere aliena: C duo ſunt p̄cepta legis: q̄ꝛ ſicut aliud eſt non alienā rem furari ꝛ nō accipere: ꝛ aliud eſt ipam nō appetere ꝛ nō ꝯcupiſcere. Sic aliud eſt voū p̄ceptū: ꝛ aliud eſt aliud. Sed ſecūdo mō verū eſt lex moyſi nō ꝓhibuit concupiſcentiā nec cohibuit animū ſed manū. Quia ꝓ pctō interioris cogitatiōis penam nō taxauit: nec impoſuit penam ſicuti taxauit: ꝛ impoſuit penā ꝓ pctō exteriori opis: vt oculum ꝓ oculo: dentē ꝓ dente: quinqꝫ boues ꝓ vno boue ꝛc̄. ſic̄ ptꝫ Exo. xxij. Dubitat̄: vtrū lex ciuilis puniat ꝯcupiam animoꝝ? Rñdet idē doctor vbi ſupra. dicēs ꝙ lex humana in puniendo tranſgreſſores in tribus videt̄ differre a lege diuina. Primo quia q̄tum ad punitionē lex diuina oīa mala vniuerſaliter punit vel docet eſſe punienda. Sed lex humana multa concedit: vel diſſimulat propter euitationem maiorum malorum: ꝛ multa impunita relinquit
D Unde dicit Auguſtinus in li. de libero arbitrio. ꝙ lex humana in regendis ciuitatibus ꝛ terris multa mala concedit: ꝛ multa impunita relinquit: que per diuinā legem corrigunt̄: ſicut patꝫ in meretricio ꝛ ſic de alijs. Secūdo differūt q̄tum ad modū puniendi ꝛ explicationē: quia lex humana ſolum punit dicta ꝛ facta: non autē cogitata: quia cogitata non poſſunt homini eſſe nota: cū hō tm̄ videat que foris patēt. Solus autem deus intuetur cor. vt dicitur. j. Regum. xvj. Et in cogitationibus ſolum homo ſubijcitur legi: ſꝫ in cogitationibus put ꝓrumpūt in dicta vel facta hō ſubijcit̄ legi hūane: vt duoꝝ vel triuꝫ teſtimonio poſſit conuinci ꝛ iudicari. Tertio q̄tum ad pene impoſitionē: q̄ꝛ lex humana ſolum imponit penā tpalē: q̄ꝛ non pōt eſſe plus pena legis q̄ꝫ ipſa lex. Humana autē lex non erit eterna: ſed ſolum in hac vita ſenſibili ꝛ animali duratura: ꝛ poſtmodū neceſſaria nō erit. Diuina ꝟo lex imponit penam eternā: ſicut ipſa eterna eſt: q̄ꝛ celum ꝛ terra tranſibunt. verba autē dei ex quibus eſt integra lex: in eternū durabunt. Patet ergo ꝙ lex ciuilis ꝓ cōcupiſcentiis ꝛ interioribus pctīs tranſgreſſores non punit nec prohibet. Et in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

E hoc differt hec humana lex a lege moyſi:
quia licet illa non taxaret penā ꝑ interio=
ribꝰ cōcupiſcentijs tamen ꝓhibuit: quādo
dixit. Non concupiſces qđ non fecit lex hu
mana: ſed ipſa lex diuina. ¶ Tertio dubi=
tatur vtrū ſola lex chrī hanc cōcupiſcentiā
debuerit prohibere. Reſpondetꝛ ꝙ ſic: quia
lex euangelica prohibet dicta facta ⁊ cogi
tata: quia data eſt ab illo qui eſt ſcrutator
omniū cogitationum ⁊ intentionū cordis.
Et nō ſoluꝫ ꝓhibet verūetiam punit: quod
ptꝫ de homicidio: pro quo taxauit lex moy
ſi penam talionis. vt occidens occideretur
ſed lex chrī Math. v. ꝓ interiori ira ⁊ ran=
core ꝓximi taxat penā eternā dicens. Oīs
qui iraſcitꝛ fratri ſuo reus erit iudicio eter=
no. Et ſicut deus ꝓmittit obſeruantibꝰ p̄=
miū eternū: ſic tranſgredientibꝰ minatꝛ pe=
nā eternā. Itē lex moyſi ſolū tēporalia ꝓ=
mittebat obſeruātibꝰ. Ideoqꝫ ſolam penā
tpalem debebat taxare non obſeruātibus.
Igitur cogitata ⁊ pctā interiora non pote=
rat punire cum non ſint nota in iudicio ſed
lex chrī hec omnia punit ⁊ ꝓhibet dicens.
F Nō cōcupiſces rem ꝓximi tui. Sic igitꝛ pri=
mo peccāt ꝯtra iſtud p̄ceptū q̄ inordinate ⁊
iniuſte cōcupiſcūt aliquā rem ꝓximi. Ideo
dr̄ Exodi. xx. Nō cōcupiſces rē ꝓximi tui:
vel domū ꝓximi tui: nam hic ꝓhibetꝛ cōcu=
piſcentia reſpectu rei honorabilis ⁊ vtilis:
nā quidā appetūt ꝓximoꝝ diuitiarū multi
tudinē. Iō ſequitꝛ non domū. Quidā p̄latu
re altitudinē. Iō ſequitꝛ: non ſeruū. Quidā
ꝓximoꝝ pulchritudinē. Ideo ſequitur: nō
ancillā. Quidā annorū longitudinē. Ideo
ſequitꝛ: nō aſinum. Quidam viroꝝ fortitu=
dinē. Iō dicitꝛ: non bouem. Quidam docto
rū limpitudineꝫ. Ideo dr: qꝛ nec que illius
ſunt. Iſta ſunt que homines cōmuniter ap
petūt in mundo aliquādo inordinate. Pri=
mo non debemus appetere ꝓximi diuitia=
rū multitudinē. Ideo dicit: non cōcupiſces
domum illius id eſt bona tpalia ſua: ⁊ hoc
inordinate quibus ve eterne damnationis
minatꝛ Eſaie. v. Ve vobis q̄ ꝯiūgitis domū
domui ⁊ agruꝫ agro copulatis. Et ſi tales
poſſent omnia bona tpalia ꝓximi acquire=
re iniuſte non dimitterent. Dixit notanter
inordinate non debemus appetere: q̄a hoc
poteſt fieri quadrupliciter. Primo vt eſt G
nobis innata: ⁊ ſic cōcupiſcētia non eſt pec
catū mortale: ſed veniale. Nobis autem no
lentibus cōcupiſcit caro aduerſus ſpirituꝫ:
quia ſenſibilia ⁊ delectabilia multotiēs au
dita vel viſa aut imaginata ſemꝑ ſe offerūt
nobis ad cogitandū ⁊ imaginandū de eis
⁊ caro ſtatim ⁊ ſubito inſurgit vt talia de=
lectabilia cogitata ſeu imaginata viſa vel
audita cōcupiſcat non expectato rōnis iu=
dicio ⁊ deliberatione voluntatis. Item ta
lis cōcupiſcentia non pōt eſſe pctm̄ morta=
le: qꝛ non eſt voluntaria. Secundo cōcupi=
ſcentia poteſt eſſe pctm̄ mortale: q̄a eſt vo=
luntaria. Tertio quia cōcupiſcentia poteſt
eſſe rōnabiliter ordinata: vt ſi quis concu=
piſcat rem vtilem ⁊ honorabilem ſm̄ dei
mandatū ⁊ beneplacitū: ⁊ ꝓpter bonum ⁊
virtuoſum finem ⁊ iuſto titulo: non in no=
cumentū alterius: tūc non eſt pctm̄ morta=
le: ſed forte veniale: q̄a eoipſo ꝙ animꝰ im=
plicatꝛ cogitatiōi tēporaliū retardatꝛ a fer=
uore ſpūaliū bonoꝝ. Iſta eſt volūtas cōdi=
tionata: dicendo ſi haberem hmōi res ſine
offenſa ⁊ iniuria dei ⁊ ꝓximi: tūc nullū eſt H
peccatū vel ſaltē veniale. Tertio ꝓut eſt in
nocumētum ꝓximi deliberata. ſ. iniuſto ti=
tulo ꝑ furtū aut rapinā: hoc ē pctm̄ morta=
le. Et ſi facit hoc appetitu cōpleto: ꝙ proce=
deret in opꝰ ſi eſſet poſſibilitas: ſic eſt mor=
tale pctm̄: q̄a voluntas ꝓ facto reputatꝛ ſi
deeſt facultas. vtꝫ de pe. di. j. §. ſimiliter ⁊
xxxii. q. v. ſi paulus. ⁊. xxij. q. v. q̄ peiorare.
Adhuc grauiꝰ eſt pctm̄ qn̄ cū concupiſcētia
cōcurrit conatꝰ exterior ꝓ tali re obtinen=
da: q̄ q̄uis eā non obtineāt mortalr tn̄ pec=
cāt: ſicut ptꝫ ī fure ⁊ latrone ꝓ furto ⁊ rapi
na laborātes. Qui licet ī effectu nō furentꝛ
nec rapiāt mortaliter tn̄ peccāt ⁊ grauiꝰ q̄
ꝓximi. Adhuc grauiꝰ eſt ſi cū malis conati=
bꝰ ꝯcupita aſſequuntꝛ. De hoc Iacobus di
cit in canonica ſua. Pctm̄ cū cōſummatum
fuerat generat mortē. Iſtis nunq̄ꝫ remitti=
tur pctm̄ niſi ablatū reſtituatꝛ. vtꝫ lib. vj. de
re. iu. Quarto fit ꝯcupiſcētia qn̄ eſt ī malū
finē ordinata. ſ. cū q̄s appetit bona ad va=
nā gl̄iam ⁊ ad luxuriā: ſicut diues ille fecit
Lu. xvj. q̄ epulabatꝛ q̄tidie ſplēdide. Iſti di
recte faciūt ꝯtra iſtō p̄ceptū: nō ꝯcupiſces

A rem ꝓximi tui. Quinto habet hoc fieri per
malũ artificiũ. qđ per ſe eſt pctm̃ mortale:
ſicut eſt meretriciũ ludus alee. Aut ꝑ amo
rē q̄ hereos dr̃: ⁊ ſic adhuc eſt grauiꝰ pctm̃.
Hec aũt ꝯcupia origo eſt totiꝰ mali: q: hec
eſt q̄ ſymoniā adinuenit: furtũ ⁊ rapinā: do
lum ⁊ fraudē adduxit. Jō dicit de ea apl̃s
j. ad Thim̃. vj. Cupiditas eſt radix oīm ma
loꝝ. Hec eſt q̄ Balaā inſtigauit vt iret ad
maledicendũ ppl̃o ⁊ ab vſura redargutus
eſt. Hec eſt que Achor lapidauit: q̄ tulerat
de anathemate Joſue. vij. Hec eſt que Na
bath lapidauit vt Achab vineā poſſideret
iij. Reg. xxj. Hec Jeſi lepra ꝑfudit: q: pe-
tijt ⁊ recepit veſtes ⁊ argētũ noīe Helizei
Hec eſt q̄ Judā laqueo ſuſpēdit: q: chriſtũ
vendidit. Hec Ananiā ⁊ Saphirā ſubita-
nea morte extinxit. Hec diſcordiā inter ho
mines ſeminat. Scđo cupiditas eſt que ho
minē nunq̄ꝫ faciat. Jdeo dicitur Prouerb.
xxx. Jgnis nunq̄ꝫ dicit ſufficit. Jgnis enim
ex appoſitione lignoꝝ ſiccoꝝ nō extingui-
tur ſed augetᷣ. Sic nec cupiditas extingui-
B tur ex appoſitione diuitiarũ ſed augetᷣ. Si
em̃ q̇s habeat decē florenos: laborat vt ha
beat viginti: ⁊ ſi habet viginti: laborat vt
habeat triginta quadraginta ⁊ ſic de alijs.
Tertio cupiditas eſt que hoīem nunq̄ꝫ dor
mire ſinit: ⁊ ſomnũ cape Eccl̃i. ij. Cũcti di-
es eiꝰ pleni ſunt doloribꝰ ⁊ erũnis. Quar-
to homicidiũ introduxit ⁊ falſa iuramēta
atq̄ꝫ mendacia. Cuius exēplũ ponit Ceſa-
rius di. iiij. c. xxviij. dicēs. ꝙ quidam miles
Ceſarius noīe fratrē habuit carnalē bun-
nēſ. eccl̃ie decanũ. Jſte eidē ceſario accō-
modauerat de pecunia eccleſie ſue viginti
marcas Coloniēſis monete. Mortuo de-
cano ꝑpoſitꝰ ⁊ etiā fratres militē pecuniā
ſuā ſibi datā monebant reddere. Recuſa-
uit ille reddere. imo qđ deterius eſt oīno
negauit. Sed q: illũ teſtibus cōuincere nō
poterant: iurare cōpulerunt. Miles ꝓo ſti-
mulata auaricia: iurauit: equũ aſcendit ⁊
abijt. Sed manum dñi effugere nō potuit.
Cum aũt cōpleſſet mediũ vie: ire volēs ad
domũ ſuā: ꝓcedere nō potuit. Nam ꝓpter
auariciaꝫ q̄ eſt radix oīm maloꝝ dñs greſ-
ſum illius fixit in terrā. Et q: mētitus fue-
rat lingue eũ officio priuauit. Sentiens ſe
ille iuſto dei iudicio nō poſſe loqui nec ꝓce-
dere. ſctm̃ Abraā ꝑriarchā q̄ tunc ei in mē-
tem venit: ſatis deuote inuocauit dicens.
Sctē Abraā ſi tuis meritis cum officio lin-
gue greſſum recepo: mox būnā reuertar: ⁊
fratribus ſuā pecuniā reſtituā. Statim vt
hoc vouit cepit loqui: greſſumq̄ꝫ recepit: pe
cuniā reddidit: ⁊ de piurio penitētiā egit.
C ¶ Scđo quidā appetũt ſuoꝝ ꝓlatoꝝ alti-
tudinē. nā alius decanatũ ⁊ aliꝰ epātũ de-
ſiderat. Cōtra q̇s dr̃. viij. q. j. c. Jn ſcriptu-
ris dicit Gregorius. Locus regiminis ſicut
deſiderātibus negādus eſt: ita fugiētibus
eſt offerendus: ſicut ſcriptũ eſt ad Heb. v.
Nec quiſq̄ꝫ ſibi ſumat honorē: ſed qui voca
tur a deo tanq̄ꝫ Aaron. ¶ Dubitatᷣ vtꝝ q̇s
ſine pctō poſſet ꝓlaturā appetere: Anſio-
nē illius q̄ſtionis nota in ſmone de hono-
re ꝓlatorũ ſpũaliũ in quarto ꝓcepto. O q̄t
ſunt hodie qui inordinate appetunt prela-
turā alterius: ⁊ multi ſunt qui cupiũt fieri
ſacerdotes: vt poſſent laute viuere ⁊ in fo-
ro vocari rabbi: ſed vitam ⁊ mores ſacerdo
tũ minime habere curant: ſicut de Lupo le
gimus. Nota hyſtoriaꝫ in quarto precepto D
de ſeptē ordinibus. Tales cum adepti ſunt
ſacerdotiũ ꝓbendis ſaturari non poſſunt.
Olim em̃ ꝓbende dabantᷣ virtuoſis ac ſciē-
tificis ac morigeratis. ſed nũc nō niſi pecu-
nioſis dantur. ¶ Tertio quidam appetũt
ꝓximi pulchritudinē. Appetũt em̃ pulchri-
tudinem Abſalonis. ij. Regũ. xiiij. Porro
Abſalon erat vir pulcher in omni iſrael: ⁊
decorꝰ nimis. A veſtigio pedis vſq̄ꝫ ad ver
ticem non erat in eo vlla macula. Et quan-
tomagis tondebat capillos: tanto amplius
creſcebant. Semel aũt in anno tondeban-
tur: q: grauabat eũ ceſaries ⁊ ponderabat
capillos ſui capitꝫ ſiclis ducētis pōdere pu
blico. Sic tā viri q̄ꝫ mulieres appetunt de-
corē corporis alicuiꝰ quē vident. Uel propter
vanā gloriaꝫ aut ꝓpter luxuriā: vt ab alijs
cōcupiſcantᷣ: ſed de pulchritudine interio-
ri parũ vel nihil curant. Unuſquiſq̄ꝫ em̃ de
beret eſſe ꝯtētus in forma ſibi data. Quia
corporis pulchritudo.
Eſt luxurie incitatiua.
Eſt cito defectiua.
Eſt regnoꝝ deſtructiua.

E Eſt ſuperbie cauſatiua.
¶ Primũ patet Geñ.vj. Uidentes filij dei
filias hoim ꝙ eſſent pulchre: acceperũt ſibi
vxores. Per filios dei ĩtelligunt filij Seth
et ꝑ filias hoim filie Cayn: q̄ ſe mutuo cõ-
miſcuerũt: ⁊ ꝓpter hoc factũ eſt diluuium.
Ideo dr̄ Eccli.xix. Ne reſpicias ſpẽm alie-
nã. Nã ꝓpter ſpeciẽ alienã multi perierunt
Sic perijt Holofernes: ⁊ occidit dũ incau
te Judith ſpẽm cõtemplabat: vt patet Ju-
dith.xvj. Et Dauid capt⁹ eſt in ſpecie Ber
ſabee.ij.Reg.xj. Duo ſenes occiſi ſunt pro-
pter ſpẽm Suſanne. Uñ dr̄. Semen Cha-
naan ⁊ nõ Juda: ſpẽs decepit te: ⁊ ↄcupia
ſubuertit cor tuũ. Nihil em̄ eſt tam potens
ſubuertere cor hũanũ: ſicut ↄcupia ⁊ amor
ſpẽi. In cui⁹ ſignũ fingunt poete: ⁊ idẽ po-
nit Aug.li.iij. de ciui.dei.c.iij. ꝙ Alexãder
filius Priami Paris vocabat a paritate iu
dicij. Uñ aũt ad eũ miſſe fuerũt Juno Pal-
las ⁊ Venus: vt inter eas diſcerneret: cui
pomũ aureũ debebat: qđ mittente dea di-
F ſcordia cecidit inter eas. In quo pomo ſcri
ptũ erat ꝙ pulchriori deberet. Certabãt ĝ
ille tres dee que foret pomũ habitura. Et
pre ceteris Juno ꝓmiſit diuitias ⁊ regnũ
Pallas laudem militie. Venus pulchriorẽ
mulierẽ de grecia. Hic ĝ Paris nõ obſtan-
te iudicij ſui ſubtilitate: a ↄcupia eſt ſubuer
ſus: ⁊ pomum veneri adiudicauit donari.
Nemo ergo debet dolere de ſua turpitudi-
ne. Quia forſitã ſi decorẽ habuiſſet: fuiſſet
ſibi cauſa ruine: ⁊ cõtinentie ſubuerſio: ſic
caſtrũ qđ nunq̃ impugnat: nunq̃ vincitur.
Sic ſilr mulier turpis q̄ nõ tentat: in caſti-
tate nõ ſuccũbit. ¶ Scđo eſt cito defectiua
Unde Boetius li.iij. de ↄſol.pſa.viij. For
me ꝟo nitor rapidus eſt ⁊ velox: ⁊ verna-
liũ flor mutatione fugatior. Qꝫ ſi homies
vt ait Ariſto. linceis oculis vterent vt vi-
ſus eor obſtãtia queq̃ penetraret: nõne in
troſpectis viſcerib⁹ illud alchibiadis corp⁹
ſuperficie pulcherrimũ turpiſſimũ videret
ergo te pulchrũ videri nõ fecit natura: ſed
oculor ſpectantiũ infirmitas: vñ Frãciſc⁹
petrar. đ re.vtri.fort.li.j.ca.ij. Breuiſſimũ
tẽpus erit q̄ñ oĩs habitus hic colorq̃ mu-
tabit. Cadet flaua ceſaries: reliq̃ albeſcẽt
teneras genas: ⁊ ſerenã frontẽ ſqualẽtes
arabũt ruge: letas oculor faces ⁊ lucis ſy- G
dera meſta teget nubes: lene dentiũ ebur
ac candidum ſcaber obducet: recta ceruix
atq̃ agiles humeri curueſcũt: guttur leue
criſpabit horridas manus ⁊ recuruos pe-
des ſuſpicer tuos nõ fuiſſe. Quid multa?
Veniet em̄ dies q̃ te ĩ ſpeculo: nõ agnoſcas
Hec oĩa e vicino ſunt: q̄ abeſſe multũ exiſti
mas. Hec ille. Magis eſt ĝ diligenda pul-
chritudo ſpũalis ⁊ interior. vñ pſ. Oĩs glo
ria filie regis ab int⁹ eſt. Uñ Petr⁹ bleſeñ.
epla.lv. ſcribẽs ad vnã monialẽ dicit. Tan
to acceptior eris ſpõſo tuo chr̄o: quãto eris
in veſte vilior: in cultu corꝑis tui abiectior:
in ſmone rarior: in vultu deiectior: in aſpe-
ctu verecũdior: in inceſſu maturior. Hec il-
le. Hec bñ cõſiderauit: ⁊ cũ ſumma diligen
tia aduertit illa nobilis romana virgo noĩe
galla. De q̄ dicit.s. Grego. in.iiij.li.dyal.
Qꝫ medici dixerũt ei ꝙ ipſa habitura eſſet
barbã ſi nõ nuberet. Sed illa nihil deformi
tatis exteri⁹ timuit: qꝛ chr̄m amauit: quia
talis nõ exteriores ſed interiores requirit
pulchritudines: dicẽte apl̄o.j. ad Cor.vij H
Mulier innupta.i. virgo ⁊ vidua cogitat q̄
dñi ſunt vt ſit ſctã corꝑe ⁊ ſpũ. ¶ Tertio
eſt deſtructiua regnor. vñ Franciſc⁹ petr.
li.j. de re.vtri.fort.c.lxxij. Forme inq̄t labi-
lis ⁊ caduci fructus ſepe nõ opulentas tm̄
domos: ſed ingẽtes vrbes ⁊ magna nõnun
q̃ imꝑia euerterũt. Note ſunt hyſtorie: q̄a
niſi formoſa adeo fuiſſꝫ Helena: troya mã
ſiſſet incolumis. Romanũ regnũ nõ veloci
ter corruiſſet: niſi tam pulchra fuiſſet Lu-
cretia. Hec Frãciſcus. Ideo dr̄ Prouerb.
vlti. Fallax gr̄a ⁊ vana eſt pulchritudo: mu
lier timens deũ ipſa laudabit. ¶ Quarto
eſt vanitatis cauſatiua. Eſa.xl. Oĩs caro
fenũ: ⁊ oĩs gl̄ia eius quaſi flos agri. Nam
multi ꝓpter eorũ pulchritudinẽ ſupbiunt.
Alij ꝓpt eor capillos flauos. Alij ꝓpt eo-
rum pulchram faciem. Alij ex proceritа-
te corꝑis. Refert Ouidi⁹ li.iij. metamor. ꝙ
Narciſc⁹ quidã puer tante fuit pulchritudi-
nis vt ſtatim natus ab oĩbus poſſet amari
Parẽtes ergo ſue pulchritudinis forma ni-
mia moti conſuluerunt quendã vatẽ ſi ille
puer attingeret tẽpus ſenectutis aut ſi eẽt
etatis longeue. Rñt ille. Diu inquit viuet ſi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſeipm nō nouerit. Qui adultus factus tan
A tā cōcepit de ſuo decore ſupbiā: ꝙ olim con=
tēpſit amorē tā iuuenū ꝙ̄ puellarū. Tandē
fatigatus quodā die diuertit ſe ad quendā
fontem puriſſimā cā ſitis ſedāde. Et dū vi=
dit faciem ſuā in aqua: conſiderauit frontē
crines ꝛ oculos: ꝛ alloquitꝛ ſuā imaginē ꝛ
extēdit brachia vt apphendat oſculatur ꝛ
ſubmerſus eſt. Iſte puer ſignat ꝰ ſua facie
gloriantes qui tādiu viuūt ꝙ̄diu ſe non co=
gnoſcūt ſpecioſos. Qui tandē ſe finaliter
cognoſcētes: ſubmergunꝛ in aq̄s cauſa va=
nitatis ꝛ ſupbie: qđ eſt circa annū viceſimū
tūc em̄ incipit ſpecioſitas. Et qui tūc nō eſt
ſpecioſus. nunꝙ̄ erit ſpecioſus: ſicut in an=
no triceſimo fortitudo. Et qui tūc nō eſt for
tis ꝛ velox: nunꝙ̄ erit fortis. In quinq̄geſi=
mo ſapia. Et qui tunc nō eſt ſapiens: nunꝙ̄
erit ſapiens. In ſexageſimo deuotio ꝛ puri
tas. Et qui tunc ſe non emēdat: nunꝙ̄ ſe e=
mendabit. Quarto quidā appetūt annorū
longitudinē. Vñ pš. Longitudine dierum
replebo eūm ꝛc̄. Nam multi ſunt qui appe=
B tūt longā vitam ꝓximoꝝ. ¶ Dubitatꝛ vtrū
licitum ſit petere a deo hic in p̄ſenti longā
vitā? Rñdetꝛ ꝙ p mortē priuatꝛ quis primo
corꝑis pulchritudine: vita ꝛ ſanitate. Secū
do delectatione ꝛ voluptate. Tertio bonis
exterioribus: vt agris: veſtibus: vxore pue
ris: cognatis: dignitate ꝛ ſic de alijs. Si igi
tur times mortē ſolum ideo: qꝛ priuaris bo
nis fortune: nature ꝛ delectationibꝰ: ꝛ ſi ſic
ꝓ longa vita exoraueris: grauiter peccas.
Talis em̄ ſi ſibi poſſet cōtingere perpetuo
in illis vellet viuere: qꝛ qua rōne aliquādiu
a fortiori perpetuo cū cōſuetudine prompti
ficat. Quod tñ ſm om̄es doctores ſignum
notabile eſt eterne reprobationis. ſ. ſic dili
gere tranſitoria vt nulla affectione habea=
mus eterna ex charitate. Scđo mors etiā
aufert bona ſpūalia. Nō em̄ poſt mortē pe=
nitētia locū habeat: nec penas faciliter po
terimus cōmutare ꝓ mortalibus aut venia
libus ſoluendis. Nec opera virtutū exerce
re poterimus meritorie nec augere p̄miuꝫ
nec ꝓximis: ſicut hic poterimus ſubuenire
Que om̄ia mors aufert. Et ꝓpter iſta lau=
dabile eſt mortem timere: ꝛ pro longa vita
deū exorare. Debet tñ addi illud Matth.

xxvj. Fiat voluntas tua ſiue in iuuētute ſi= C
ue in ſenectute: ꝛ hoc exēplo chr̄i. cū tamē
ꝓ longiori vita exorare volueris: intentio
tua ſit vt peniteas de pctīs ꝛ ſatiſfacias ꝓ
ꝓ eis. Scđo vt virtutes opari valeas. Ter
tio vt ꝓximis ꝓdeſſe valeas: ſicut beatus
Martinus orauit dicēs. Dñe ſi adhuc po=
pulo tuo ſum neceſſarius: nō recuſo laborē
Scđo dubitatꝛ. Quare hoīes moderni tē=
poris nō ita diu viuūt ſicut olim: qꝛ ſcriptū
eſt. Dies annoꝝ noſtroꝝ ſeptuaginta an=
ni. In potētatibus aūt. i. bene cōplexiona=
tis octoginta: ꝛ tūc amplius labor ꝛ dolor
Nā ante diluuiū legunꝛ quidā vixiſſe non=
gentis ſexagintanouem annis: ſicut Ma=
thuſalem Geñ. v. Et Noe ſexcentoꝝ anno
rū erat qñ erat diluuiū: ꝛ multis annis vi
xit poſt diluuiū. Legimꝰ etiaꝫ aliq̄s vixiſſe
poſt diluuiū. cccciij. vtꝫ ibidē. Rñdetur ꝙ
huius ſunt multe cauſe. Prima fuit ex bo=
nitate complexionis primoꝝ parentū. Fue
runt em̄ a deo immediate formati: ꝛ ꝓ cō= D
ſequens bene cōplexionati: ꝛ ſic ad longio
rem vitam diſpoſiti: ꝛ illa bonitas cōplexi=
onis magis veniebat ad homines propin=
quos illius tpīs ꝙ̄ remotos. Secunda eſt
ex modo viuendi: quia tꝑate viuebant: ſed
modo viuunt voluptuoſe. Ideo dī Eccli.
xxxvij. In multis eſcis nō deeſt infirmitas
Et ibidem. Propter crapulam multi perie=
runt: qui aūt abſtinens eſt: adiiciet vitam.
Vñ dicitꝛ de ꝯſe. di. v. c. Nihil em̄ ſic iocun=
dum eſt ſicut cibus bene digeſtus: et nihil
ſic ſalutē ꝛ nihil ſic ſenſuum acumen opera
tur. nihil ſic egritudinē fugat: ſicut modera
ta refectio. Sequitur. Abundātia ꝟo mor=
bum facit. moleſtias ingerit: ꝛ egritudines
generat. Tertia eſt ex bonitate nutrimen=
ti: quia ante diluuiū terrenaſcentia fuerūt
meliora ꝙ̄ poſt: qꝛ inundatio diluuij fuit ꝓ
maiori parte ex aquis oceani que ſunt ſal=
ſe. Et inde inducunt ſterilitatē terrenaſcē=
tia peiora. ex quibus abbreuiatꝛ vita homi=
nis. Et etiam poſt diluuiū fuerunt meliora
ꝙ̄ nūc ſunt. Ptꝫ Nūe. xiij. de illo botro ma=
gno quem tulerūt duo in vecte vno ꝛc̄. Si
ita fuit de botris: etiam ſimile putandū eſt
de ariſtis ſegetum. ſeminibus ꝛ arboribus
Quarta fuit ex ſcientia Ade: quia forma=

E tus fuit in perfecta ſciētia. Ideo cognouit virtutes fructuū lapidū ⁊ herbaꝝ: q̄ faciūt ad cōſeruandū ſanitatē ⁊ vitā prolongandam: ⁊ de hoc docuit hoīes ad vitā ꝓlongandā. Quinta fuit ex aſpectu ſyderū circa regionē illam in qua manebant: q̄ aſpectus multū facit ad longitudinem vite: ſed motus celi ꝯtinue mutatus eſt tpe. Sexta fuit ex diuina diſpoſitiōe illud ordināte: vt p longā vitā hominū cito multiplicaretur genus humanū. Septima fuit ꝑpter peccata hominū. vn̄ pſ. Viri ſanguinū non dimidiabunt dies ſuos: q2 homīes iam ſunt peſſimi: imo peiores q̄ vnq̄ fuerunt. Ideo expedit vt citius ſubtrahanť de terra ne grauius dānenť ꝑpter copiā multoꝝ pctōꝝ. Octaua eſt ſicut eſt differentia in perſonarū longitudine ⁊ paruitate. Ita in breuitate ⁊ longitudine vite: qđ ptꝫ in gygātibꝰ ⁊ pigmeis q̄ in octauo āno ſeneſcūt. Et Aug. li. xv. de ciui. dei. dicit ſe vidiſſe dentē gygantis: qui ſi diuidereť faceret centū dentes hoīm cōis ſtature. Et Deuť. iij. dicitur. De Og rege baſan: q̄ monſtrať eius lectꝰ ferreus hn̄s nouē cubitos in longitudine.
F Pōt tamē deus quibuſdā dare grām ſi voluerit: q̄ viuāt vltra cōmunē curſum hoīm qđ de facto fecit ſicut recitat Martinus in cronica ſua. Et idem poniť in ſpeculo hyſtoriali. q̄ tpe Conradi ſecundi imperatoris. Anno dn̄i. M. cxxxix. fuit Johes de tpibus. qui annis. ccclxj. vixerat a tpe Karoli magni: cuiꝰ ⁊ armiger fuerat tunc defunctus eſt. Quinto quidā appetūt proximi fortitudinē. ſ. Sāpſonis: ⁊ nō curāt de fortitudine virtuali. Cōtra quos Hierem. j. Nō glorieť fortis in fortitudine ſua: neq̄ potens in potentia ſua: q2 in tali fortitudine aliqn̄ debiles vincunt fortiores p induſtriam. Exemplū patet. j. Reg. xvj. de Dauid ⁊ Golia. Vn̄ Catho. Corpis exigui vires ꝯtēnere noli. Ingenio pollet: cui vim natura negauit. Non eſt gloriandum tali fortitudine: q̄ quis poſſit remote proijcere lapidem aut particam: ſeu multos in luctamine poſſe deſtruere: aut equū vel vaccā poſſe portare. Hoc tam malis q̄ bonis cōuenit. Sicut de Karolo magno legimus: q̄ tāte fortitudinis erat q̄ militē armatum ſup equū ſedentē a vertice capitis vſq̄ ad baſes ſimul cū equo: vno ictu ꝓpria ſpata ſecabat: ⁊ quattuor ferraturas equoꝝ ſiľ cū manibus facillime extēdebat: militē armatum erectū ſtantē ſup palmā ſuam a terra vſq̄ ad caput ſuū ſola manu velociter eleuabat. Sic ⁊ milo qui bouē vnā in humeris geſtabat ⁊ integrū comedit: ſicut dixit Frāciſcus petrarcha. li. j. đ re. vtri. fort. ca. xxix. Sed de fortitudine ſpūali gaudendū eſt Eſa. xlviij. Sancti qui ſperāt in domio: mutabunt fortitudinē ſuā. De qua Grego. ſup illud Job. vij. Que eſt fortitudo mea. Juſtoꝝ inquit fortitudo eſt: carnem vincere: voluptatibus cōtraire: delectationē vite pn̄tis extinguere: huius mūdi aſpa pro eternis p̄mijs amare: ꝓſperitatis blandimenta contēnere: aduerſitatis metū in corde ſupare. Sed fortitudo reproboꝝ eſt trāſitoria ſine ceſſatione diligere: ꝯtra flagella ꝯditoris inceſſanť ꝑdurare: ab amore rerū tpaliū nec aduerſitate quieſcere: ad inanem gloriā etiā cum vite detrimēto peruenire: malicie augmēta exquirere: bonoꝝ vitam nō ſolū verbis ac moribꝰ: ſed etiā gla- G

H dijs impugnare: ⁊ in ſemetipſis ſpem ponere. Iniquitatē q̄tidie ſine vllo deſiderij defectu perpetrare. Hec ille. De illis diciť in Can̄. xlvij. di. ca. om̄es. Sexto aliqui cupiunt primoꝝ ſapientiā. ſ. Salomonis vt magni apud mundū habeanť: ſicut Salomon de ſe dicit. Habeo ꝑpter hāc claritatē ad turbas: honorē apud ſenes. De q̄bꝰ btūs Bernar. dicit ſup Cantica. ſermone xxvj. Sunt qui ſcire volūt: eo fine tm̄ vt ſciant: ⁊ turpis curioſitas eſt. Sunt qui ſcire volunt vt ſcianť ipſi: ⁊ turpis vanitas eſt. Sequitur. Sunt qui ſcire volunt vt ſcientiam ſuam vendant: ⁊ turpis queſtus eſt. Sequitur. Sūt qui ſcire volūt vt edificēt: et charitas eſt. Sūt q̄ ſcire volunt vt edificenť: ⁊ prudentia eſt. Hec Bernardus.

¶ Nō concupiſces rem alienam.

SEcundo peccant cōtra iſtud p̄ceptū qui bona ſua in neceſſitate proximi non cōmunicant: ſed auare retinent. Quod nihil aliud eſt q̄ res pauperum per violentiā auferre. Quia diciť. xlij. diſt. ca. Hoſpitalē ſub v̄bis bti Hieronymi. Alie-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A na rapere cōuincit᷑: qui vltra neceſſaria ſi=
bi retinere probat᷑. xlvij. diſt. capi. ſicut hij
ſub verbis beati Ambroſij. Neq; enim in=
quit minus eſt criminis habenti tollere
q̄ꝫ cum poſſis ⁊ abundas indigentibus de=
negare. Eſurientium panis eſt quē tu deti
nes: nudoꝝ indumentum eſt qḋ recludis:
miſeroꝝ redemptio ⁊ abſolutio eſt pecunia
quā tu in terrā fodis. Et modicuꝫ ante illa
dicit ibidē Ambroſius. Propriuꝫ nemo di=
cat qḋ eſt cōe: plus q̄ꝫ quod ſufficit ſumptui
violēter obtentū eſt. Dicit glo. ibidem ſup
ꝟbo cōe. i. cōicandū. ſ. tpe neceſſitatis. vtꝫ
xij. q. j. c. duo. ⁊. q. ij. auꝝ. et. lxxxvj. diſ. nō
ſatis. Et lex dicit: ꝙ cibaria tpe neceſſitatꝭ
ſunt omnibꝰ cōicanda: et. ff. ad. l. rodiā. de
iac. l. ij. §. cuꝫ in eadē. Jḋ Amb. dicit vbi ſ.
Nūqd iniquꝰ eſt deꝰ vt nobis nō eq̄liter di=
ſtribuat vite ſubſidia: vt tu q̇dē eſſes afflu=
ens et abūdās alijs ꝟo deeſſent et egerēt.
An et hoc magis: q̇a tibi voluit benignita=
tis ſue cōferre expimētū: et aliū ꝑ virtutē
patiētie coronare. Hec Amb. vñ dic̄ Aug.
in ſer. xj. in li. de verbis dñi. Diues ⁊ pau=
B per duo ſunt ꝯtraria ⁊ ſunt ſibiinuicē neceſ
ſaria. Sequit᷑ ibidē. Diues propter paupe=
rē factus eſt: ⁊ paup ꝓpter diuitē. Paupe=
ris eſt orare: diuitis erogare: ⁊ dei ē ꝓ par
uis magna preſtare. Si non vis errare: tri
bue paupi. Et ſi non vis flammis exuri: da
ei in terra: qḋ reddet tibi in celo. ❡ Circa
largitionē reꝝ tpaliū ſunt quinq; dicēda.
Primo de dantiū neceſſitate. Secundo de
recipientiū idoneitate. Tertio de tpalium
porprietate. Quarto de elemoſyne vtilita
te. Quinto de illoꝝ qui nō dāt penalitate.
De pmo dico: ꝙ dare elemoſynam i neceſ=
ſitatis articulo cadit ſub precepto: ⁊ peccat
mortaliter: imo punietur eternaliter qui nō
dat. vtꝫ Math. xxv. Eſuriui ⁊ nō dediſtis
mihi manducare. Rō huiꝰ eſt: q̇a cum dile=
ctio ꝓximi ſit in p̄cepto: neceſſe eſt omnia
illa cadere ſub p̄cepto: ſine quibus dilectio
ꝓximi non conſeruat᷑: ad dilectionem autē
ꝓximi ptinet: vt nō ſolū ei velimꝰ bonum:
ſed etiā operemur. ſm illud Joā. iij. Diliga
mus nos inuicē: non verbo neq; lingua: ſed
ope ⁊ veritate. Jdeo dr̄. j. Joā. iij. Qui vi=
derit frēm ſuū neceſſitatē hr̄e: ⁊ clauſerit
viſcera ſua ab eo: quō charitas pr̄is eſt in
C eo? Tenet᷑ ergo quilibet dare elemoſynaꝫ
ſub p̄cepto de ſupfluo ſuo: non ſolum reſpe
ctu ſuiipſius: ſed etiam reſpectu alioꝝ quo
rum ſibi cura incūbit: q̇a recta ratio dictat
ꝙ priꝰ vnuſquiſq; ſibi prouideat: ⁊ his quo
rum ſibi cura incumbit: ⁊ poſtea de reſiduo
neceſſitati alioꝝ ſubueniat. Jḋ dr̄. lxxxvj.
di. c. Paſce eſurientē: ſi non pauiſti occidi=
ſti. Sed licet ad hoc oēs obligant᷑: maxie
tñ prelati eccleſiaꝝ tenentes bona eccleſie:
qm̄ illoꝝ bona paupeꝝ ſunt. Ergo maxime
obligant᷑ ad hoc. vt ptꝫ. xij. q. j. c. non dica=
tis. Et in glo. ibidem. Cui concordat Am=
broſius in lib. de officijs. Et allegatur. xij.
q. ij. capi. Aurum habet eccleſia: non vt ſer
uet: ſed vt eroget. Et ibi ponit Ambroſius
tres cauſas in quibꝰ initiata. i. conſecrata
vaſa licet conflari pro ſuſtentatione paupe
rum: ꝓ redemptione captiuoꝝ ⁊ edificati=
one temploꝝ. Prima cauſa eſt p̄cipua quo
niā vt dicit Hiero. ⁊ ponit᷑ in caplo. multo
maius eſt: imo debitū ꝙ plus curentur ho=
mines q̄ꝫ parietes. Jdeo dicit ſaluator no=
D ſter Math. v. Niſi abundauerit iuſticia ve
ſtra plus q̄ꝫ ſcribarū ⁊ phariſeorum: nō in=
trabitis in regnū celorum. Sed illoꝝ iuſti=
cia fuit ꝙ decimas dederunt ⁊ nullum mē
dicare pmiſerunt inter ſe: ſed iuſticia prela=
torum deficit ab illa. Ergo merito non in=
trabunt regnū celorū. Unde Hieronymus
⁊ allegatur ibidem vbi ſupra. Amico quip
pe rapere furtum eſt: eccleſiaꝫ defraudare
ſacrilegiū eſt: pauperibus erogandū reſer=
uare apertiſſimi ſceleris eſt: ⁊ eis aliquid
ſubtrahere omnium predonū ſuperat cru=
delitatem. Jdeo dicit᷑. xij. q. ij. caplo. Glo=
ria epiſcopi eſt pauperibus ꝓuidere: igno=
minia ſacerdotis eſt: proprijs ſtudere di=
uitijs. Et ibidem in ca. quatuor. ⁊ in caplo
ſequenti determinatū fuit ꝙ de oblationi=
bus fideliū quatuor fiebant portiones qua
rum vna epiſcopo: ſecunda clericis: tertia
pauperibꝰ: quarta fabricis eccleſiarū ſolue
batur. Sed prochdolor nunc nō pauperes
ſed conſanguineos ⁊ meretrices ditant de
bonis eccleſie. Cuiꝰ exemplū nota ſuperi=
us in quarto p̄cepto de honore prelatorū.
Aliqui vero ſi dant elemoſinā: hoc nō faci=

unt ex charitate ⁊ intentione bona: ſed ex
vana gloria. Contra quos Mathei. v. Te
E aūt faciente elemoſinā: neſciat ſiniſtra tua
quid faciat dextera tua. Que verba expo=
nit Auguſtinus dicēs: ꝙ per dexterā intel=
ligitur intentio implendi p̄cepta dei ⁊ pla=
cendi ſibi. Per ſiniſtram vero intelligit fa=
uor populi vl' elatio aut laus humana. Et
tūc exponitur ſic. Cum vero facis elemoſy
nam: neſciat ſiniſtra tua. i. dilectio laudis
hūane q̄d faciat dextera tua. i. intētio p̄ce=
pta dei implendi ⁊ placendi ſibi ſoli q̄a ſo=
lū ꝑpter deū non ꝑpter laudē mundi faciē
da eſt elemoſyna. Dubitat vtrum elemoſy
na ſit faciēda in occulto vel manifeſto. Re=
ſpōdet magr̄ Aug. de anchona ſuper Ma=
theū dicens: ꝙ tutius ⁊ ſecurius eſt elemo
ſynam dare ⁊ facere in occulto q̄ȝ in mani=
feſto: ꝑpter illos qui faciunt: ⁊ ꝑpter illos
corā quibꝰ fit. Nā ſm Chryſo. Fera occul=
ta eſt inanis gl'ia: ⁊ dr̄ occulta: q̄a occulte
ingredit ⁊ oīa q̄ intus in hoīe aufert.
Unde dubiū eſt quia ſi in manifeſto fiat ꝙ
ſubito inſurgat in homine appetitus ina=
F nis glorie. Sufficit enim tres eſſe teſtes q̄n
elemoſyna fit: puta pauper cui ſit angelus
quo inſpectore fit. Juxta illud Tho. Quā=
do elemoſynā faciebas orabas cuȝ lachry=
mis: ego obtuli orationē tuam ⁊ elemoſy=
nam tuā domino. Et ip̄e deus ꝑpter quem
fit. Quia in ore duorū vel trium ſtat omne
verbum. Similiter ꝑpter illos coram qui=
bus fit tutius eſt facere elemoſynam in oc=
bus q̄ȝ in manifeſto. Nam videntes te ele=
moſynam facere: forte ex hoc ſcandalizan=
tur aut quia verecūdantur: quia forte non
habent vnde faciāt ſicut tu: ⁊ ſi habent nō
poſſunt facere ita magnam: ⁊ in illo tempo
re quo tu facis. Uel forte quia credūt ideo
coram eis facere: vt ex hoc pre illis eſſe ſan
ctior ⁊ melior eis velis reputari. Sed nun
quid ſi homo credat ſic ſcandalizari viden=
tes eum elemoſynam facere debet dimitte
re ne faciat coram eis: ſuppoſito ꝙ ipſe in
ſe puram intentionem habeat: ſolum pro=
pter deum faciens. Ad quod dicendum ꝙ
vel ille cui faciēda eſt elemoſyna eſt in ne=
ceſſitate ⁊ forte alio tēpore non occurreret
ei ꝙ ſic decenter poſſit ſibi elemoſynā face=
re. Quia forte paup vel peregrinꝰ trāſit ꝑ G
viam aut eccl'iam quē nunq̄ȝ poſtmodū eſt
viſuris. Et tunc ꝑpter tale ſcādalum: quia
paſſiuū eſt homo nō debet dimittere quin
elemoſynam faciat: quia in tali caſu facere
elemoſynam eſt debitū iuſticie que non eſt
dimittēda ꝑpter paſſiuū ſcandalū. Sed ſi
talis cui elemoſyna eſt facienda non eſt in
extrema neceſſitate ⁊ occurrit homini: ſic
ꝙ in occulto q̄ petit poſſit elemoſynā dare
tunc debet differre: ne elemoſynā in mani=
feſto faciat ad vitandū illoꝝ ſcandalū. Jō
dicit Math. v. Cū ergo facis elemoſynaȝ
noli tuba canere ante te. Ille tuba ſm glo.
ante ſe canit q̄ ſui opis ſolā iactantiā q̄rit.
Scd̄o dubitat vtꝝ elꝯyna liberet hoīem a
pctō mortali. Rn̄dit idē doctor vbi ſ. dicēs
ꝙ queſtio eſt dubia ꝑpter verba q̄ dixit an
gelus Thobie. Commēdat enim angelus
elꝯynam Thob. c. xij. Elemoſyna a morte li
berat: ⁊ non patitur aīam ire in tenebras
quoniā ipſa eſt que purgat peccata ⁊ facit
inuenire vitam eternam. Daniel eodem
modo dās conſilium Nabuchodonoſor qui
diuerſis peccatis erat inuolutus dixit. vtȝ H
Dañ. iiij. Cōſilium meum audi rex. Pecca=
ta tua elemoſynis redime: ⁊ iniquitates tu
as miſericordijs paupeꝝ. Sed cum morta
le pctm̄ non dimittat niſi contritis ⁊ cum
gr̄a q̄ eſt vita anime: ⁊ elemoſyna facta in
peccato mortali ſit mortua nō poterit dare
anime vitam: quia quod mortuum eſt: vitā
alteri dare nō poteſt. Hanc igit dubitatio=
nem determinat Aug. in enchiridion. cap̄.
xiiij. dicens ꝙ elꝯyna nō eſt aliud q̄ȝ opꝰ mi=
ſericordie quam homo tenetur facere. Pri=
mo tenet homo diligere ſeip̄m: de qua mi=
ſericordia ſcriptū eſt. Miſerere anime tue
placens deo. At ſi dicat. Si vita tua debet
deo eſſe placēs ꝑ gr̄am q̄ ſibi eſt diſplicēs
per culpā: oportet ꝙ hāc elemoſynā tibi fa=
cies ꝙ miſerearꝫ aīe tue: pctm̄ odiēdo ⁊ cō
tritionē de ipſo habendo. Sicut em̄ q̄ dili=
git pctm̄ odit aīam ſuā: ſic qui cōteritur de
pctō odiēdo ip̄m: diligit ipſam ⁊ miſeretur
anime ſue: ac ꝑ hoc miſericordiā facit ſecū
vel facit ſibiipſi elꝯynaȝ q̄ eſt opus miſcꝺie.
Tali ergo elemoſyna contritione gratui=
ta ⁊ charitate verum eſt ꝙ pctm̄ mortale

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A dimittiť formaliter: quia ſicut formaliter
veniente luce expelluntur tenebre. Ita cõtri
tione gratuita et diſplicentia charitatiua
expelliť peccatũ. Et de illa elemoſina quã
homo ſibiipſi facit intelligiť illud verbum
ſaluatoris ſm Auguſti. Date elemoſynaȝ.
Primo ſibimetipſis: ſcȝ peccatum obiendo
ꝛ deteſtando. Ecce omnia munda ſunt vo
bis: quia vere peccato expulſo per hãc ele=
moſynam quicquid hõ poſtmodũ facit eſt
mũdum: ꝛ ideo gratũ ꝛ acceptũ. Et de iſta
quatuor illa ſupradicta q̃ dixit angelus ve
rificari hñt: q̃a a morte. i. a mortali pecca=
to liberat qđ erat ꝑmũ ꝛ non patiť ire ani=
mam in tenebras: qđ erat ſcđm: ꝛ ipſa pur=
gat pctã qđ erat tertiũ ꝛ facit inuenire vi=
tã eternã: qđ eſt quartũ. Sed nũq̇d elemo=
ſyna quã facit hõ ꝓximo ſuo liberet hoiem a
pctõ mortali. Poſſum⁹ dicere ꝙ liberat ho
minem a pctõ ꝑterito iã ꝑpetrato per ſatiſ=
factionẽ: q̃a dato ꝙ hõ ſit liber a pctõ mor=
tali ꝑ elꝫnã quã fecit ſibi per contritionẽ ꝛ
deteſtationẽ de pctõ: nõ tñ eſt liber a pena
illius pcti ſed a culpa. Jđõ ꝑ elꝫnã quã fecit
B ꝓximo ſuo: ſatiſfacit ꝑ pctõ illo. Eſt enim
elemoſyna opus ſatiſfactoriũ. Liberat eti=
am a pctõ futuro ꝑ quandã diſpoſitionem:
q̃a ꝑ elemoſynã ꝛ alia bona opa: diſponiť
hõ ne pctm̃ incurrat: ꝛ ſi incurrit diſponiť
vt cito reuertať. Tertio dubitať vtrũ poſ=
ſet quis furari vt det elemoſinã. Reſpõdeť
ꝙ talis furtũ cõmittit. Quia non ſunt faci=
enda mala vt inde eueniant bona: vt dicit
apl̃s. Jđõ ſi quis ſic faceret teneret reſtitue
re. vtȝ. xvij. q. iiij. c. quicunq̃. Sic ancille ꝛ
ſerui non debent furari dñis vt dent elꝫnã
neq̃ vxor abſq̃ licẽtia viri niſi habuerit bo
na ꝑafernalia ꝑter dotẽ: de illis poteſt ſine
licẽtia viri dare. Etiã põt dare đ lucro ſuo
ꝛ ſilr de pane ꝛ vino ꝛ carnibus ꝛ hmõi.
Sed ſi facit ſibi cõſciam ꝙ oĩno viro diſpli=
ceat debet deponere ꝯſciam. Qđ ſi nõ põt
non debet dare. ¶ Scđo dicendũ eſt de re
cipiẽtium idoneitate. ſ. quib⁹ elꝫna danda
ſit. Et videť ꝙ oĩbus vtȝ Luc. v. Omni pe=
tenti te tribue. dicit gloſ. Non ſic acceptio
perſone petẽtis qm̃ qui oĩe dicit nihil ex=
cipit Thob. iiij. Ne auertas faciẽ tuam ab
vllo pauꝑe. Itẽ chr̃s poſtq̃ ſciuit iudã ſca=
rioth eſſe malũ: ſuſtẽtauit ipm̃ de elemoſy
nis pauperꝝ. In oppoſitũ arguiť in ca. xiij C
q. j. ca. ad hoc tales. vbi diciť de tribus ho=
ſpitib⁹ cauendũ eſſe: vt mus in pera: ignis
in ſinu: ſerpens in gremio. Eccli. xij. Si be=
ne feceris: attende cui feceris. Et allegat
gloſam Eccli. xxxiiij. Sed in litera noſtra
non inueniť vbi diciť. Deſudet elemoſyna
in manu tua donec videas iuſtum cui des.
Item Ambro. ſuper illud Canti. iiij. Ordi=
nauit in me charitateȝ dicit ꝙ primo deus
eſt diligendus: deinde parentes poſtea fi=
lij ꝛ propinqui: ꝛ poſtea ſunt extranei reci=
piendi. Item Hieronymus dicit ꝛ allegať
xvj. q. j. dicens ꝙ elemoſyna danda non tã
paupertas eſt attendenda q̃ȝ religio. Et ſic
ceteris paribus religioſis pauper eſt ꝑpo=
nendus. Reſpõdeť ꝙ ꝑmo videndũ eſt vtꝝ
talis elemoſyna danda ſit de bonis eccle=
ſie vel alienis. Et ſi primo modo tũc non ꝓ
pinquiori ſed ſimpliciter meliori ꝛ eccleſie
vtiliori danda eſt. Si de bonis perſonali=
bus tunc propinquioribus. Primo patet ꝑ
Aug. ad adletũ: q̃a plus tenemur domeſti=
D cis. ad Ephe. v. Si quis ſuoꝝ ꝛ maxie do=
meſticoꝝ curã nõ habet eſt infideli deteri=
or. Diciť de Benedicto papa. xij. ꝙ conſue
uit dicere. Si mei non fuerũt dñati: tũc im
maculatus ero: ꝛ loq̃bať de cõſanguinib⁹
quãtũ ad bona eccleſie quoꝝ nullũ promo=
uit. Poſtea ſecutus clemens ſextus. Juue=
nes cõſanguineos fecit cardinales ꝛ preſu=
les dicens cũ apl̃o ad Epheſ. v. Nemo car=
nem ſuã odio habuit: ſed nutrit ꝛ fouet cã:
qm̃ nouit dñs qui ſunt eius. Aliter rñdet
glo. decreti di. xlij. ſup cap. quieſcamus di
cens. Uel tales petẽtes petũt ex debito vi=
delicet: q: predicatores vel ꝓlati tales exa=
minandi ſunt: vtrũ ſint tales: q̃a non debẽt
predicare niſi miſſi: ꝛ illis q̇dãmõ debeť ex
debito: ꝛ dũ officiũ ſubtrahiť videť ꝙ bene
ficiũ merito ſubtrahať. Alij aũt petunt ex
corpis ſuſtentatione. Et talibus omnibus
eſt danda. vt ptȝ. xiiij. q. iij. ca. qm̃. Et ſi nõ
põt omnibus ſatiſfieri: prius danda eſt bo=
no q̃ȝ malo. Religioſo prius q̃ȝ non reli=
gioſo. Propinquo potius q̃ȝ extraneo. Fi=
deli potius q̃ȝ infideli: infirmo ꝛ debili po=
tius q̃ȝ valido. Nam talibus validiſmendi

E cãtibus deberet ſubtrahi elemoſyna ⁊ da
ri infirmis ⁊ debilibus. Nam tales primo
grauiter peccant: quia ſunt fures ⁊ latro-
nes ⁊ ꝑdones cecoꝝ claudoꝝ ⁊ infirmoꝝ.
In quo deũ ⁊ ꝓximũ ſuum grauiter offen
dunt. Huius exemplũ legit̃ ꝙ fuit quidam
mendicus ⁊ ſanus qui ocio ſemꝑ vacabat.
Hic vero ſepe monitus fuerat vt laborare
deberet ⁊ cõitati deſeruire: ſed hoc om̃ino
recuſauit. Contigit ſemel vt dormiret tunc
acceſſit vnus ſanctus homo qui vitam in
laboribus duxit honeſtis: hic accepit fru-
ſtum panis de ſacco mendici ⁊ poſuit ſuper
pectus eiuſdem mendici dormientis ⁊ ſta-
tim cepit in ſomnis miſerabiliter ſe habe-
re ⁊ laborare ⁊ vlulare. Qui cum hoc vi-
diſſet tulit panem de pectore eius et eum
excitauit dicens. Quid obfuit tibi in ſom-
nis frater. Qui reſpõdit. Uidebat̃ mihi ꝙ
magnus mõs cecidit ſuꝑ corpꝰ meũ ⁊ de-
preſſit me vſqꝫ ad profundum inferni. Cui
ſanctus hõ ille rñdit. Erras frater: nõ fuit
mons ſꝫ parua elemoſina de ſacco tuo. Er
go manibus tuis labora: ⁊ noli mẽdicitati
inſiſtere ⁊ vitã emendauit. Legimꝰ in vita
F beati Clementis: ꝙ btũs Petrus vidit ma-
trẽ beati Clemẽtis mendicantẽ: ⁊ eã acri-
ter increpauit dicens. Potius deberes la-
borare ⁊ victũ manibus querere q̃ꝫ mendi-
care. Que ſe humiliter excuſauit nã manꝰ
aridas habuit ꝙ laborare non potuit. Se-
cundo peccant iſti validi mendicantes con
tra ſeipſos. Nam qui laborare põt ſi ſe im-
miſcet elemoſine ⁊ nõ vult laborare nec cõ-
muni bono ſeruire: redigit ſeipm̃ i ſeruitutẽ
impatoris: q̃ꝫuis ſit natus de libero vẽtre
vt ptꝫ. C. de vali. mendican. l. j. ⁊ diſt. xxx
cap̃. j. vbi dicit̃. His pauperibus dãda eſt
elemoſyna: q̃ ſuis manibꝰ laborare nõ poſ-
ſunt. Excipiunt̃ tñ ordines mendicantiũ:
q̃ꝫuis validi ſunt: poſſunt tñ de iure largio
res elemoſynas recipere q̃ꝫ alij mendici.
Nam multe ſunt cauſe ad dãdum elemoſi-
nas. Una eſt ꝓpter indigentiam. j. Joã. iij.
Si quis habuerit ſubſtãtiam huius mũdi:
⁊ viderit frẽm ſuũ neceſſe hr̃e: ⁊ clauſerit
viſcera ſua ab eo ⁊c̃. ¶ Secũdo ꝓpter cul-
tus dei reuerẽtiam. j. Parat̃. vlti. Si quis
volũtarie volebat offerre ad edificatiõem
tẽpli: implebat manũ ſuã ⁊ offerebat dño G
quod volebat. ¶ Tertio propter debiti iu-
ſticiã. Juſtũ eſt em̃ tꝑalia cõferre illis a q̃-
bus ſpũalia recipiunt̃. vt ptꝫ. j. ad Coꝝ. j.
¶ Quarto ꝓpter vite innocentiam Eccl̃i.
xij. Da miſericordi ⁊ ne ſuſcipias hominẽ
peccatoreẽ. Benefac humili: ⁊ ne des im-
pio. ¶ Quinto ꝓpter recõpenſationis eui-
dentiã. Quanto em̃ maior eſt euidentia in
illis qui recipiunt elemoſinam ⁊ faciũt ali-
quã recompenſationẽ in orationibꝰ in cõſi-
lijs ⁊ alijs bonis ſpiritualibꝰ: tanto magis
eſt eis elemoſyna tribuenda. Penſate er-
go ꝙ oĩbus iſtis conditionibꝰ religioſi lar-
giores elemoſinas pñt recipe q̃ꝫ alij cõmu-
niter mendicãtes. Primo q̃a ſunt indigen-
tes: q̃r reliq̃rũt oĩa ꝓpter chr̃m: vt allexius
⁊c̃. Scd̃o q̃r cultui diuino ſunt inſiſtentes.
Tertio euãgeliũ ſunt annũciãtes: ergo eſt
eis q̃ſi debituꝫ. Quarto cõiter melius ſunt
vtentes. Quinto magis recõpenſant. Du-
bitat̃ vtꝝ beatius ſit dare q̃ꝫ accipe? Et vi-
det̃ ꝙ nõ: q̃r illud qđ inducit maximã humi
litatẽ: hoc videt̃ beatius cũ ꝑ hoc abijciat̃ H
ſuꝑbia: q̃ eſt initiũ maloꝝ. Sed hoc eſt mẽ-
dicare ⁊ accipere ꝓpter deuꝫ ꝗut religioſi
mendicantes faciũt. Ergo eſt beatius acci-
pere q̃ꝫ dare. Incontrariũ eſt apl̃s Act. ij.
⁊ extra de cele. miſ. c. cũ marthe. vbi dr̃ ꝙ
beatiꝰ eſt dare q̃ꝫ accipere. Rñr. ſimpl̃r lo-
quendo: ꝙ dare eſt beatiꝰ q̃ꝫ accipe: ſi acci-
piat̃ vniformiter in eiſdem bonis. vñ ſicut
dare ſpũalia bona eſt beatiꝰ q̃ꝫ accipe: ita
ſimpl̃r bona tꝑalia dare beatius eſt q̃ꝫ acci
pere. Quia accipe de ſe ſꝑ indigentia ⁊ im
ꝑfectionẽ importat: dare vero ad liberali-
tatem ⁊ miſericordiã: ⁊ ſic cõcernit aliquã
virtutẽ q̃ non facit accipe. Si tñ aliquis re
cipiat tꝑalia ab aliquo vt expeditiꝰ eidem
poſſet reddere ſpũalia: hoc eſt multo perfe
ctius q̃ꝫ dare tꝑalia. Quia g̊ viri eccleſiaſti
ci ad hoc accepertũt: ⁊ quotidie accipiũt a
laicis tꝑalia: vt eis liberius miniſtrare va-
leant ſpũalia. Ideo ſic accipe nõ eſt imper
fectionis: ſed potius ꝑfectionis imo quãto
quis magis reddit̃ expeditior circa admi-
niſtrationẽ ſpũalium ex acceptione pauco-
rum tꝑalium: tanto ſuũ accipe magis facit
ad ꝑfectioneꝫ: cum ex hoc magis redditur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A idone⁹ dare vel rependere potioꝛa: ⁊ quia
ſtatus religioſoꝝ mendicantiū paucioꝛa q̄
rit de tꝑalibus ea ſcȝ que ſolum ad quoti-
cianū victum exigūtur dicentes cum apl'o
j. ad Thymo. v. Habentes victum ⁊ veſti-
tum: his contenti ſumus. Jdeo ſtatus eoꝝ
ex hoc ſignanter cenſet̄ perfectioꝛ inter ali-
os ſtatus eccleſie: q̇a de vilioꝛibus bonis
minus a fidelibus accipiunt ⁊ eis de bonis
potioꝛibus in vita ⁊ doctrina plura repen-
dunt. Velle ergo eos religioſos mendican-
tes ꝓpterea a ſtatu perfectiōis excludere:
q̇a recipiūt pauca tꝑalia a fidelibus: talis
etiā deberet excludere ſtatū p̄latoꝝ ⁊ oīm
clericoꝝ a ꝑfectione: q̇a oīs eoꝝ ꝓuiſio fa-
cultatū eſt accepta de pia elemoſyna ⁊ mu
nifica largitiōe ꝑncipū ſeu alioꝝ fidelium.
Clerici etiā ſeculares q̇tidie victum accipi-
unt: vel de decimis aut de oblatiōib⁹ fide-
liū. Quicūqȝ em̄ ocl'o rōnis voluerit aduer
tere ꝙ̄tū religioſi mēdicātes eccl'ie ꝑfece-
rūt i vita exēplari ⁊ doctrīa ſalutari: ſatis
ptȝ ꝙ ſuum panē non comedūt ocioſe: ⁊ ꝙ
multo plus tam p̄latis ꝙ̄ eoꝝ ſubditis de
B ſpūalibus contulerūt ꝙ̄ receperūt a tꝑali-
bus ab eiſdem. Jdeoqȝ omnes p̄lati ⁊ cle
rici qui nō querūt que ſua ſunt: ſed intēdūt
honoꝛē dei ⁊ ſuoꝝ ſubditoꝝ ſalutem: tales
religioſos merito fauoꝛabiliter amplectun
tur: nec reputant ſibi a talibus: ꝓuenire di-
ſpēdiū: ſed magis gaudēt ſibi prouenīſſe ex
oꝛe fideli cooperatiōe ſui laboꝛis ſolatiuȝ.
Et ex hoc patere pōt ꝙ̄ irrōnabiliter ſunt
moti q̄ ex quotidiana mēdicitate ꝓpter ver
bū iſtud. Beati⁹ eſt dare ꝙ̄ accipe: ipſos a
perfectionis ſtatu excludere nitebant̄. Ve-
ſanū eſt em̄ dicere: ꝙ aliquem de ſtatu ꝑfe-
ctionis dei deiiciat recipe ꝑuā elemoſinā:
que ſolū ad victuȝ quotidianū ſufficiat. vn̄
ſic recipiens liberioꝛ ⁊ expeditioꝛ redditur
ad bona ſpūalia repēdenda: ⁊ nō deiiciat̄
a ſtatu perfectionis recipe magnas poſſeſ-
ſiones terras ⁊ caſtra: q̄ tamē pias mētes
p̄latoꝝ modernis tꝑibus diſtrahunt: ꝙ
vix ſue ſaluti pꝛopꝛie intendere poſſunt ni-
miis terrenoꝝ occupationibus implicati.
Jdeo ſimpl'r eſt dicēdū: ꝙ in religioſis mē-
dicantib⁹ non eſt imꝑfectionis recipe q̇ti-
dianas elemoſinas: ſed magis eſt in eis in-
ſtrumētū ⁊ occaſio ꝑfectionis: quod patet C
triplici ratiōe. Prima ſumit̄ ex eoꝝ ſtatu.
Nā religioſi mendicantes ſunt ab eccleſia
īſtituti ad actus cōtēplatiōis: vel ad opera
vite actiue: q̄ ex plenitudine contemplatio-
nis ꝓdeunt. Sed tales actus ſunt ꝑfectiſ-
ſimi. Ergo ex eoꝝ ſtatu appet ꝙ recipe ꝓ-
pter deū non eſt in eis imꝑfectiōis. Sc̄da
rō ſumit̄ ex ipſo actu receptionis elemoſy-
ne quē ꝓfitent̄. Qꝺ apparet ex tribus. Pri
mo ex hoc ꝙ pauca de tēpoꝛalib⁹ accipiūt
reddunt̄ expeditioꝛes ad repēdendū fide-
libus bona plurimi potioꝛa: cū ex hoc con-
tingat eos min⁹ circa tꝑaliū ſollicitudineȝ
occupari. Sc̄do quia ex tali q̇tidiano rubo
re mendicitatis curat̄ in eis radix ſupbie ⁊
infundit̄ oīm virtutū cuſtos humilitas: vt
dr̄ de pe. di. ij. c. Siquidem opoꝛtet homi-
nē ꝑ ꝯtraria ⁊ aduerſa curari: ſic multi be
atioꝛes appuerūt accipiēdo ꝙ̄ dādo: vt al-
lexius q̄ omnibus ſuis ꝓpter chr̄m dimiſſis
gaudebat etiā ſe a ſuis ſuis elemoſinā ac-
cepiſſe. Etiā de beato Arſenio legitur in vi
taſpatꝝ. ꝙ deo egit gr̄as de hoc ꝙ neceſ-
ſitate cogēte opoꝛtuit elemoſinas petere. D
Tertia rō ſimiliter ex mō recipiēdi: nā p̄di-
cti religioſi non accipiūt ab his quibus p̄di
cant tāꝙ̄ pure ⁊ liberaliter datū vel q̄ſi oī-
no alienū: ſed quaſi q̇dāmodo eis debitū: ⁊
ſi nō debito ſtricti iuris ſaltē debito chari-
tatis vel foꝛte debito naturalis eq̇tatȝ: qꝺ
patet ex tribus. Pꝛimo ex eo ꝙ p̄dicāt ex
auctoꝛitate eccl'ie ⁊ p̄latoꝝ. Jō pn̄t dicere
his quibus p̄dicant. Si nos vobis ſpūa-
lia ſeminam⁹ nō eſt magnū ſi vr̄a tēpoꝛalia
metamus. j. ad Coꝛin. ix. Et ideo ſi fideles
eis nō ſufficiēter neceſſaria miniſtrarēt q̄
ad hoc vt dictū eſt quodāmodo ex debito
obligant̄ p̄lati oꝛdinarij q̇ꝝ coopatoꝛes
exiſtūt ad hoc ex iuris debito tenent̄. Qꝺ
probat̄ de officio iudicis oꝛdinarij capl'o.
Jnter cetera q̄ ad ſalutem ſpectant populi
chr̄iani pabulū verbi dei valde ꝑmaxīe no
ſcit̄ ſibi neceſſariū: q̇a ſic̄ coꝛpus materiale
⁊c̄. Jſtā rōnē innuit euidenter Auguſtin⁹
in li. de opere monachoꝝ. Si euangeliſte
inquit ſunt: fateoꝛ plane hn̄t poteſtateȝ vi-
uendi de ſumptib⁹ ſubditoꝝ. Jdeo ſingl'a-
ris perfectionis fuit in Paulo ꝙ iuſto iure



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

E vti noluit. Sed de labore manuū vixit. Se-
cundo ptꝫ quia ex hoc debet eis accipe ꝙ
miniſtri altaris ſunt. Vñ. j. ad Corinth. ix.
Qui altari deſeruiūt: cū altari participāt.
Ita ⁊ dominus ordinauit his qui annunci
ant euangeliū: de euāgelio viuere. Iſtā ra
tionē ſimiliter innuit Aug. in libro predicto
dicens. Si miniſtri altaris ſunt vt diſpen-
ſatores ſacramētoꝝ: fateor plane ꝙ habēt
poteſtatē viuēdi de ſumptibus fideliū qui
ſibi iſtam non arrogāt: ſed plane vendicāt
poteſtatē. Et hoc ideo vt magni dicunt do
ctores: q̄a ſacramentū altaris vbicūqꝫ aga
tur: cōe eſt ꝓ pplo fideliuꝫ. Tertio q̄a inſiſtūt
ſtudio ſacre ſcripture ad cōmunem vtilita-
tem totius eccleſie. Unde dicit Hierony-
mus contra vigilantium. Hec conſuetudo
in iudea vſqꝫ hodie perſeuerat vt qui in le-
ge dñi meditantur die ac nocte: ⁊ partem
nō habent in terra niſi ſolum deum totius
orbis alimonijs foueātur: imo hec conſue-
tudo non ſolum fuit in iudea: ſed etiaꝫ fuit
in egypto ⁊ in grecia: vbi gens ſacerdotuꝫ
F que ad inueſtigandum ſcientias ſpeculati-
uas primo vacare dimiſſa eſt: de publico
alimoniam recipiebant. vtꝫ. j. Metaphy.
⁊ Gene. xlvij. ⁊ ponit extra de emu. eccle.
c. non minus. Sic ergo ptꝫ ꝙ tam p̄latis
q̄ clericis ⁊ etiā religioſis eſt beatius hoc
mō recipe q̄ laicis erogare. Tertio viden-
dū eſt de tēporaliū reꝝ ꝓprietate. De qui-
bus eſt elemoſyna facienda. Quia de illi-
citis acquiſitis nō debet fieri elemoſyna.
Quod ꝓbat decretū. xiiij. q. iiij. c. quid di-
cam. Probans per illud: ꝙ qui offert ele-
moſynā de rapina pauperū victimat filiuꝫ
in conſpectu pr̄is: vt dicit pph̄a. Et per il-
lud Prouerbi. iij. Honora dñm de tuis iu-
ſtis laboribus. Et Deute. xxiij. Non accipi-
es mercedē ꝓſtibuli: q̄a illicite acq̄ſita non
ſunt de bonis noſtris. vtꝫ in. c. q̄d dicā. vbi
ſupra. Hic dicūt aliq̄ ſi in acq̄ſitione taliuꝫ
nō transfert dominiū: tūc non debet de ta
libus elyna fieri: ſicut ptꝫ extra d̄ vſurꝫ. c.
debitoris. ⁊ de ſimonia. c. veniens. Sed ſi
transfert dominiū tunc de talibus pōt fie-
ri elemoſyna ſicut de meretrice: qm̄ illud
non pōt repeti. Recitat Martinus in chro-
nica ſua ꝙ circa annū dñi. M. vij. Benedi-
ctus papa octauus fuit viſus a quodā ep̄o G
in equo nigro poſt mortem eius dicens ei.
Nōnc tu es benedictus papa: quē iam de-
functum nouimus? Ego ſum ille inquit in-
felix benedict⁹. Et quomodo inquit tibi eſt
pater? Grauiter inquit torqueor: ſed de dei
miſcdia non deſpero ſi mihi adiutoriū pre-
beat. Vade inquit ad ſucceſſorem meum io
annem papam ⁊ dic ei: vt in tali techa ſum
mā pecunie accipiēs pauperibus diſtribu-
at: quia quicq̄d antea ꝑ me datū fuit pau-
peribus: nihil mihi ꝓfuit: quia de rapinis
fuit. Qđ ep̄s fideliter expleuit ⁊ ep̄atui ce
dens monaſterium intrauit. ¶ Quarto eſt
dicendum de elemoſynarum vtilitate. Pri
ma vtilitas eſt: q2 reſiſtit peccatis Eccli. iij.
Ignē ardentē extinguit aqua: ⁊ elemoſy-
na reſiſtit peccatis. Secūdo deum placat
Prouer. xxj. Munus abſconditum extin-
guit iras: ⁊ donū in ſinu indignationē ma-
ximā. Tertio bona tp̄alia multiplicat Lu-
ce. vj. Date ⁊ dabit vobis. Prouerbio. xij.
Alij diuidunt propria: ⁊ ditiores ſunt. Alij
rapiūt nō ſua: ⁊ ſemꝑ in egeſtate ſunt. Cu
ius exēplū ptꝫ. iij. Reg. xvij. de vidua que H
heliā pauit: ⁊ farina ⁊ oleū ei nō defecerūt
Quarto q̄ petit a deo illa impetrat. Eccli.
xix. Conclude elynā in ſinu paupis: ⁊ hec
orabit ꝓ te. Itē Eſa. lviij. Frange eſurien-
ti panē tuū ⁊c. tunc inuocabis ⁊ dñs exau
diet te: quia miſericors eſt dñs deus tuus.
Quinto ab omnibus benedici facit. vt ptꝫ
Prouer. xxij. q̄ ꝓnus eſt ad miſericordiā be
nedicet. Sexto morienti ſocietatem facit.
Unde Ambro. non ſunt bona hominis que
ſecuꝫ ferre nō pōt: ſola miſericordia comes
eſt defunctorū. Septimo animas in infer-
nū intrare nō ꝑmittūt. Idō dicit Thob. xij.
Non permittit aīas ire in tenebras. Octa-
uo vitam eternam meret. Math. xxv. Ue-
nite benedicti pr̄is mei ꝑcipite regnuꝫ ⁊c.
Sequitur ibidem. Eſuriui ⁊ dediſtis mihi
manducare. Sitiui et dediſtis mihi bibe-
re ⁊c. Sed non dantib⁹ fiūt oīa iam dicta
in cōtrariū. Nā peccatis non reſiſtunt: deū
non placant. Ideo d2. xvj. q. i. ca. Reuerti
mini ꝙ plerunqꝫ ex dei ira inuidus fame ⁊
penuria punit: qñ pauperib⁹ elyna ſubtra-
hitur. Itē i bonis tp̄alibus depauperant.

A Cuius exẽplũ ponit Ceſarius diſt.iiij. de
quodã admiranti monaſterium ditiſſimuz
fuiſſe depauperatũ. Reſpõdit qdã frater il
li: dicens ꝙ in monaſterio illo fuerunt duo
fratres. Et vnꝰ vocabatᷣ date: ⁊ aliꝰ voca=
batur dabitur vobis. Sed cum illũ fratrez
qui date vocabatᷣ expuliſſꝫ de monaſterio
tũc alius. ſ. dabitᷣ vobis noluit manere vo=
biſcum. Itez que petit a deo minime impe=
trat. Itẽ ab omnibꝰ maledictꝰ erit. Inſup
ad eternã dãnationẽ vadit. vt ptz Math.
xxv. Ite maledicti in ignem eternũ. Sequi
tur. Eſuriui ⁊ non dediſtis mihi manduca
re. Nota exempla in.ij.li. dialo. ⁊ de diui=
te epulone. vt patet Luce. xvj.

¶ Non concupiſces rem alienam.

QVErtio peccant cõtra illud preceptũ.
Non concupiſces rem proximi tui: ſcz
auare eam contra iuſticiã retinẽdo
quã tenentur proximo reſtituere: vt ſunt fu=
res: raptores: vſurarij: ſimoniaci ⁊ taxilla=
tores ⁊ falſi mercatores. Ad hoc mouen=
tur primo ex lege naturali. Math. vij. vbi
dicitᷣ. Que vultis vt faciant vobis hoĩes ⁊
B vos eadẽ facite. Sed quilibet vellet ſibi re=
ſtitui rem ſuam diu detentã. Ergo tu tene=
ris idem facere. Item Thobie. iiij. Que
tibi odis ab alio fieri: tu ipſe alteri ne fece=
ris. Sed quilibet odit rem ſuam ab alio
teneri cõtra ſuã voluntatem. Scdo ad hoc
mouentᷣ ex lege moſayca. vtz Exodi. xxij.
vbi dr. Si quis furatus fuerit vnum bouẽ:
quinqꝫ boues reſtituet pro vno: ſi ouẽ: qua
tuor oues reſtituet. Sup q̃ dicit Nicolaus
de ly. Quare qnqꝫ boues ꝓ vno tenebatur
fur reſtituere ⁊ quatuor oues pro vna oue
reſtituet. Rñdit dicens ꝙ aliq̃ pctã puniũ=
tur grauius: nõ ſolum ꝓpter maiorẽ pecca=
ti grauitatẽ: ſed ꝓpter pronitatem reprimẽ
dã: ne hoĩes ad talia ſe nimis laxent. Res
aũt q̃ in domo cuſtodiuntᷣ vt aurum ⁊ argẽ
tum: nõ ita de facili poſſunt furto ſubtrahi
ſicut oues q̃ paſcuntᷣ in campis: q̃a acciplẽ=
di facilitas rem alienam: inducit ad cõmiſ=
ſionẽ furti. Ideo ꝓ furto ouis inducuntur
quattuor reſtituende: q꞉ facilius furto ſub=
trahuntᷣ q̃ꝫ alie res q̃ cuſtodiuntᷣ in domo.
Et quinqꝫ boues pro vno: quia adhuc diffi=
cilius cuſtodiuntur: quia nõ ita gregatim
⁊ ſimul ſe tenent in paſtu ſicut oues. Hec
Nicolaus de lyra. Tertio adhuc mouentᷣ C
ex lege euangelica. vt ptz Luce. xix. de za=
cheo qui dixit ad dominũ. Ecce dimidium
bonorũ meorũ domine do pauperibus ⁊ ſi
quem defraudaui reddo quadruplum. Ait
Ieſus ad eum. Quia hodie ſalus huic do
mui facta eſt: eo ꝙ ⁊ ipſe filius ſit abrae ⁊c̃.
Et propter hoc zacheus domino placuit:
q̃a mala acq̃ſita reſtituere ꝓpoſuit. Ideo
in domo ſua eſſe voluit: dicens ei. Hodie
in domo tua oportet me manere: ⁊ ergo in
domo illorũ vbi ſunt mala acquiſita domi=
nus non manebit: ſed diabolus. Quarto
ad hoc mouẽtur ex lege canonica. vt patet
xiiij. q. vj. Si res aliena ꝓpter quam pctm̃
eſt reddi poſſit ⁊ non redditᷣ: pnĩa nõ agitᷣ
ſed ſimulatᷣ. Si autẽ veraciter agitᷣ non re=
mittitᷣ peccatũ: niſi ablatũ reſtituatur. hec
Auguſti. in epiſtola ad macedonium. Itez
dicitᷣ extra de regulis iuris li. vj. hoc idez.
Quinto mouẽtur ad hoc per leges ſecula=
res. de quibus dicitᷣ. xij. q. ij. ca. cum deuo=
tiſſima. vbi dicit Gregorius. In lege vul=
gari ſcz lumbarda ſic ſcribitur. Si quis ma D
nu armata vſqꝫ ad quattuor homines in
vicum alterius ad male faciendũ venerit.
Ille qui prior eſt pro illicita preſumptione
cõponat ſolidos nõgentos: ſequaces eius
vnuſquiſqꝫ ſolidos octoginta. Si vero in=
cendium fecerit: in triplum componat. Si
vero predaz in quadruplũ reſtituat. Et in=
fra. c. In legibus ſeculi tãtum habetur qui
rem ſurripit alienam: illi cui res direpta
eſt in vndecuplum que ſublata ſunt ſibi re=
ſtituantur. Et infra. Si quis oblatiões ec=
cleſiaſticas ⁊ quod deo cõſecratum eſt ra=
puerit vel conſenſerit facientibus: vt ſacri=
legus iudicetur ⁊ damnum in quadruplũ
reſtituat. Hec ibi. Et ſic patet ꝙ reſtitutio
in omĩ lege precipitur. ¶ Pro vlteriori de=
claratione ponam hic quattuor concluſio=
nes. Prima concluſio qui rem alienam re=
tinet inuito domino abſqꝫ propoſito reſtitu
tionis eſt ſemper in peccato mortali: ten=
dens ad ſtatum eterñe damnationis. Pro=
batur. Quicunqꝫ eſt iniuſtus eſt in pecca=
to mortali: ⁊ per conſequens tendit ad eter
nam damnationem. Sed habens rem alie

E nam ſine ꝓpoſito reſtituēdi eſt iniuſtus: er
go maior eſt vera. Minor patet quia talis
non reddit vnicuiq̧ qđ ſuum eſt. Quia iu=
ſticia eſt ꝑpetua ⁊ cōſtans volūtas reddēs
vnicuiq̧ qđ ſuū eſt. vt dicit̃ in inſtitutis de
iuſticia ⁊ iure. l. j. Sicut ergo iuſticia eſt p̄=
clariſſima virtutū: vt dr̄. v. Ethi. Ita econ=
trario iniuſticia eſt peſſimū vicium. Secū=
do ꝓbat̃. Quicūq̧ peccat contra illud p̄ce=
ptum dn̄i. Non furtū facies ille eſt in pctō
mortali: ſed habens rem alienā inuito do=
mino cōmittit furtū. Qđ patet ꝑ diffinitio=
nem furti que eſt cōtrectatio rei aliene inui
to dn̄o mobilis ⁊ lucri cauſa. vt patꝫ. ff. de
furtis. l. j. Ergo eſt fur ⁊ per cōſequēs pec=
cat mortalit̃. Ideo dicit̃ Thob. ij. Uidete
ne furtiuus ſit: ⁊ reddite euꝫ dominis ſuis
q̄a non licet nobis comedere de furto aut
contingere. Sequit̃ primo correlarie ꝙ fu=
res qui furant̃ aliena ⁊ non habent ꝓpoſi=
tum reſtituendi ſunt in peccato mortali q̄a
furtum peccatum mortale eſt: non ſolū in
magnis ſed etiaꝫ in paruis. vt ptꝫ per Hie
rony. xiiij. q. vj. c. Furtum aūt non ſolū in
maioribꝰ ſed etiā in minoribꝰ iudicat̃. Non
F enī qđ furto ablatū eſt: ſed mēs furātis at=
tendit̃. Exēplum ponit ibi de fornicatione
ſiue mulier fuerit feda ſiue pulchra ſp ē for
nicatio. Uideant ḡ illi q̄ furant̃ poma vel
pira vel caules de hortis ꝓximi: ꝙ ſibi de
hoc faciāt cōſciam: vt ſctūs Auguſtinus fe
cit. vt patet in li. cōfeſſionū. Eſt ergo ſemꝑ
peccatum mortale niſi in tribus caſibus.
Primo qn̄ iubente deo hoc faceret: ſicut fi=
lij iſrael nō peccauerūt qn̄ ſpoliauerūt egy
ptios in vaſis aureis ⁊ argenteis. vt patet
Exodi. xij. Secūdo quando fit in extrema
neceſſitate: ſicut apl̃i nō peccauerūt euellē
tes ſpicas. vt patet Math. xij. quia ī extre=
ma neceſſitate oīa ſunt coīa. vtꝫ. xlvij. diſt.
c. ſicut hij. Tertio qn̄ fit ex cautela vt ſi q̄s
furioſo furaret̃ gladium ne ſibi ⁊ alijs no=
ceat: ſꝫ furia ceſſante tenet̃ reſtituere. Se=
cundi ſunt raptores: qui grauius peccant
q̄ꝫ fures. vt ptꝫ. xiiij. q. v. c. penale. vbi dr̄.
Penale eſt occulte auferre multo maio=
ris pene eſt viſibiliter rapere: q̄a ibi eſt ma
ior violentia. Tales ſi non habent ꝓpoſitū
reſtituendi ſemper ſunt in peccato mortali:
⁊ hoc eſt verū ſi ſpoliauerit ī bello iniuſto. G
Sed caſu poſito ꝙ nihil habeat niſi de ra=
pina vel furto: ⁊ ſi reſtituat compellit̃ men
dicare: ⁊ vxor ⁊ filij moriunt̃ fame. Reſpō
dit altiſiodorenſis in ſumma libro quarto
dicens. Si ille qui tenet̃ reſtituere non ha
beat alia bona q̄ꝫ de rapina: faciliter pōt in
duci ille cui debetur ad dandam dilationē
aut remiſſionē. Tertij ſunt rerum inuento=
res. de quibus. iiij. q. v. Si quid inueniſti
⁊ nō reſtituiſti rapuiſti: quantū potuiſti fe
ciſti. Sequit̃. Qui alienuꝫ retinet: ſi poſſet
etiā tolleret. Deus enī cor interrogat: non
manum. Ibidem ſequit̃ in caplo. Multi ſi=
ne peccato putant eſſe ſi alienum retinent
quod inuenerunt. Dicunt enim deus mihi
dedit: cui habeo reddere. Diſcat ergo hoc
pctm̄ eſſe ſimile rapine ſi quis inuenta non
reddat. Si autē eo animo accepiſti vt do=
mino reſtituas: non cōmittis furtum. Hoc
tamen in libello debes proteſtari. vt ptꝫ. ff.
de furtis. l. falſus. §. qui alienum. Sicut q̄
dam fecit de quo Auguſtinus in ſermone
ad heremitas dicit: ⁊ de quo habemus ſu= H
pra in p̄cepto. Non furtum facies ſermone
iiij. Quarti ſunt vſurarij: qui ſemper ſunt
in peccato mortali niſi reſtituant: qui ſunt
peiores q̄ꝫ iudas qui tamen reſtituit. xxx.
argenteos. Et illos punit eccleſia quadru=
plici pena. Primo excōmunicatiōe que eſt
non parua pena. vt ptꝫ. xj. q. iij. c. Omnis
chriſtianus qui a ſacerdotibus excōmuni=
cat̃ ſathane tradit̃. Secūda pena eſt com=
munionis priuatio. Tertia eſt oblationis
excluſio ⁊ ſepulture priuatio: quia non de=
bent in cimiterio ſepeliri: vt patet extra de
vſuris. c. q̄r in omnibus. Etiā nō debēt ab=
ſolui niſi ſatiſfaciāt vel cautionē faciāt de
reſtitutiōe. vtꝫ in. c. Q̄q̄ꝫ. libro. vj. Quinti
ſunt ſacrilegi qui ſunt ſpoliatores eccleſia=
rū. De quo. xvij. q. iiij. ca. Sacrilegium eſt
quotiens quis aufert ſacrū de ſacro. Cuiꝰ
pena patuit Daniel. v. Et de illa materia
ſatis dictum eſt in ſeptimo precepto. Sexti
ſunt falſi mercatores falſificantes ſua mer
cata: ⁊ vendentes malum ꝓ bono. Cōtra
quos dicit̃ Eſa. j. Argentum tuum verſum
eſt in ſcoriam: ⁊ vinum tuū mixtū eſt aqua
⁊ qui falſificant pondera ⁊ menſuras. Cō

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tra quos dicit Deut. xxv. Non ſit in domo
A tua pondus maius ⁊ minus: neq̃ maior et
minor modius: vt longo tẽpore viuas. Cõ=
tra illos etiam ſcribitur extra de emp. ⁊ vẽ
ditione. c. vt mẽſura. Ubi dicitur. Si quis
iuſtas menſuras ⁊ iuſta pondera lucri cau
ſa mutare pſumpſerit. xxx. dies in pane ⁊
aqua peniteat. Et tales omẽs tenentur ad
reſtitutionẽ: ne contingat eis ſicut cuidam
apotecario. de quo vide in. vij. precepto de
emptiõe ⁊ vẽdi. ¶ Septimi ſunt taxillato=
res. Et de illis loquit lex. ff. de aleato. l. vl=
tima. Et eſt conſtitutio greca que dicit. q
vſq̃ ad. l. annos poſſet repeti qd ibi perdit
Et hanc partẽ tenet glo. extra de vi. ⁊ ho.
cleri. c. Clerici officia ⁊ cõmercia ſecularia
non exerceant ⁊ maxime inhoneſta ⁊ mi=
mis ioculatoribus ⁊ hyſtrionibus non in=
tendant ⁊ tabernas prorſus ⁊c. Hic dicunt
Ganfredus ⁊ alij: q talis pecunia non de=
bet reddi perdenti: ſed diſtribui inter pau=
peres. Et hoc videt haberi ex Can. xiiij.
q. v. c. Non ſane. Et eſt dictũ Auguſtini: q
B illud quod datur iudici pro iudicando: licet
iniuſte det: tamen a dante non debet repe=
ti ſed in vſus pauperũ diſtribui. Cauſa da=
tur: quia turpitudo eſt vtrobiq̃ vicioſa. Et
ergo in penam dantis non reddit ſibi. Ar.
ad hoc. ff. de condi. ob tur. cau. Simile di=
cunt de ludo taxillorũ. Illam opinionẽ te=
nent cõmuniter omẽs theologi ⁊ curia ro=
mana in foro contentioſo. Si autẽ ludit cũ
illo qui nõ habet poteſtatem rem alienan=
di: vt ſunt monachi filiuſfamilias: tenetur
reſtituere tutoribus ſuis aut monaſterio.
Si autẽ clericus perdiderit: reſtituendum
eſt illi eccleſie in qua beneficiatus eſt. Iſte
autẽ ludus eſt vniuerſaliter prohibitus: vt
patet. xxxv. di. c. Epis. Ubi dicit. q epiſco=
pus preſbyter aut dyaconus: alee aut ebri
etati deſeruiens: aut deſinant aut damnẽ=
tur. Sed ſubdyaconus aut acollitus. le=
ctor aut laycus excõmunicentur. Hec ibi.
Non ſolum ludentes ſed etiam aſſidentes
puniendi ſunt. Idem extra de vita ⁊ hone
ſtate clericorum. c. Officia clerici. Ubi dicit.
Clerici ad aleas ⁊ taxillos nõ ludant neq̃
huiuſmodi interſint. In religiõe noſtra eſt
pena carceris. ¶ Octaui ſunt qui retinent

premiũ deſeruitũ. qd eſt peccatũ in celum. C
Jacobi. v. Ideo Thobias docuit filiũ ſuũ
dicens. Si quis tibi aliquid operatus fue=
rit: ſtatim reddes ei mercedem. Et merces
mercennarij tui non manebit apud te vſq̃
mane. Item Leuit. xix. Non moret opus
mercẽnarij tui apd te vſq̃ mane. Ideo nar
rat Ceſarius. Q conuerſus quidã ordinis
Ciſterciẽſis: miſſus eſt ab abbate ſuo. Qui
cum deberet tranſire quandam aquam ⁊
non haberet naulum promiſit naute obulũ
tranſmittere. Qui cum poſtea mortuus eſſet
et nõ miſiſſet obulum nec confeſſus fuiſſet
illam negligentiã quia vilipendebat: eo q
parum eſſet. Poſtea obulum predictũ ante
oculos habebat qui tantũ creuit q maior
mundo videbatur. Et cum nihil aliud ob=
ſiſteret ab ingreſſu celi eum impediens: ad
beate virginis petitionẽ ⁊ omniũ ſanctorũ
anima reuertit ad corpus: ⁊ confeſſus eſt
abbati obulus reſtituit: ⁊ ſic morit ⁊ ſalua=
tus eſt. Si ille non poterat habere introi=
tum celi pter obulum vnũ: quid tũc de il=
lis fiet q nõ obulũ tm̃ obligant ſeruis ⁊ an=
cillis: ſed ſex aut octo florenos aut vltra. D
¶ Noni ſunt qui cõtrahunt a primo: q̃ ta=
men minime intendũt pſoluere: ⁊ tales te=
nent ad reſtitutionẽ ſi volũt ſaluari. ¶ De
cimi ſunt mechanici ⁊ artifices: q fraudulẽ
ter laborant: vel qui nimiũ p ſalario recipi
unt ⁊ faciũt illud in tribus diebus qd in vno
aut in duobus pficere pñt: qd eſt ꝯtra legẽ
nature. ſcz. Que tibi odis ab alio fieri: vi=
de ne alteri feceris Thob. iiij. Correlariũ
primũ. Quãdiu homo eſt retẽtor rerũ alie
narum nõ eſt particeps bonorum eccleſie ⁊ in
dulgentiarũ. Hoc patet ex cõcluſione pce=
dente: q eſt in peccato mortali. Quia com
mittit furtũ qd eſt pctm̃ mortale: vt ptz per
diffinitionẽ furti ſuperius poſitã que eſt cõ
trectatio rei aliene mobilis: fraudulenta
inuito domino ⁊c. vt patet. ff. de furtis. l. j.
Ergo nõ pt eſſe particeps illorum bonorum
eccleſie. De quo propheta dicit. Participẽ
me fac deus omniũ timentiũ te. O q̃t miſ=
ſas: quot orones bonorum ieiuniorum: vigi=
liarum: caſtigationũ ⁊ aliorum bonorum q̃ fiunt
in tota eccleſia dei negligunt iſti peſſimi re
tentores rerum alienarũ. Sic nec poſſunt

E eſſe participes indulgentiarū: qꝛ ille dant̄ confeſſis ⁊ cōtritis. Sed iſti non ſunt contriti: qꝛ non intendūt reddere male acquiſita: qꝺ requirit̄ ad veram cōtritionē. Correlariū ſecundū. Moriens in tali ſtatu nō ſolū eterna vita eſt priuatus: ſed ad penas infernales eſt ꝑpetue damnatus. Probat̄ ꝑ illud Luce. xvj. Mortuus eſt diues ⁊ ſepultus in inferno. Eleuans autē oculos ſuos cum eſſet in tormentis: vidit Abraam a longe ⁊ Lazarum in ſinu eius: ⁊ ipſe clamans dixit. Pater Abraam miſerere mei ⁊ mitte Lazarum vt intingat extremū digiti ſui in aquam vt refrigeret linguam meam: qꝛ crucior in hac flamma. Et reſpondit illi Abram. Fili recordare quia recepiſti bona ⁊c̄. Quia diues cum multis bonis iniuſtis ab hinc receſſit: ideo dānatus eſt. Inſuper qui moritur in peccato mortali: eſt eternaliter damnatus. Sed tales ſemꝑ ſunt in peccato mortali: ſi non habent ꝓpoſitum reſtituendi. Audiant illi indurati quid legit̄ in legenda ſancti Laurentij. Quidam iudex Stephanus nomine rhome erat: qui libēter munera accipiens: multoꝝ iudicia per-
F uertebat. Hic tres domos eccl̄ie ſcti Laurentij ⁊ vnum hortum ſancte Agnetis violenter abſtulerat: ⁊ ablata iniuſte poſſidebat. Accidit autē vt moreret̄: ⁊ ante iudicium duceret̄. Quē ſanctus Laurēti⁹ cernens ad eum cum nimia indignatione acceſſit: ⁊ tribus vicibus brachiū ei⁹ ſtrinxit duriſſime ⁊ nimio dolore cruciauit. Sācta ꝓo Agnes cum alijs virginibus in eum reſpicere noluit. Tunc iudex ſuꝑ eum ſententiam ferens dixit. Quoniā aliena ſubtraxit ⁊ munera accipiens veritatē vendidit: in locum iude traditoris tradat̄. Sanctus ꝓo ꝓiectus epiſcopus quē idem Stephan⁹ in vita ſua dilexerat: ad beatū Laurentiū et ſanctam Agnetē accedens pro eo veniā precabat̄. Illis ꝓo ⁊ beata virgine pro eo orantibus: conceſſum eſt vt eius anima ad corpus rediret: ⁊ ibidē triginta dies penitentiā ageret. Accepit inſuꝑ a beata virgine in mādato: vt pſalmū Beati imaculati i via: ſingulis dieb⁹ vite ſue diceret. Cūqꝫ ad corpus rediſſet: brachiū eius ita erat liuidū ⁊ aduſtū: acſi eſſet in corpore paſſus.

Qꝺ ſignū in eo extitit q̄diu vixit. Male ergo ablata reſtituēs: ⁊ pniam agens die tricesimo migrauit ad dn̄m. Aliud exemplū et horribile hui⁹ rei ponit Ceſari⁹ di. j. ca. xxxiiij. de Lodouico lātgrauio haſſie. Nota ibidē. Et nō ſolum ille ſe dānauit: ſed etiam om̄es eius heredes: poſſidentes illam hereditatē malam. Secūda cōcluſio. Reſtitutio reꝝ iniuſtarū non eſt diu differēda ſed quātocitius poterit eſt in effectu exeq̄nda. Hanc concluſionē ſanctus Tho. ſecunda ſecūde. q. lxij. arti. viij. probat dicens. ꝙ tenent̄ ſtatim reſtituere. Sic em̄ accipere rem alienā eſt peccatū ⁊ cōtra iuſticiā: ita etiā detinere eam: qꝛ ex hoc ꝙ aliquis retinet rem alienā inuito dn̄o: impedit eum ab vſu rei ſue: ⁊ ſic facit ei iniuriā. Manifeſtū eſt aūt ꝙ neqꝫ ꝑ modicū tp̄s licet in peccato morari: ſed quilibet tenetur peccatū ſtatim deſerere: ſm̄ illud Eccī. xxj. Quaſi a facie colubri fuge pctm̄. Ideo q̄libet tenet̄ ſtatim reſtituere vel petere dilationem a dn̄o rei. Dicit Thomas ꝙ eadem eſt ratio mercedis ⁊ rei iniuſte detente. Sed de merce-
de mercēnarij dicit̄ Leuit. xix. Nō moretur opus mercēnarij apud te vſqꝫ mane. Sed diceres nō habeo. Illa bona ſunt mihi ablata aut cōſumpſi: quō reſtituere poſſum? Reſpondit Auguſtin⁹: ⁊ ponit̄. xiiij. q. vj. c. ſi res. Plerūqꝫ em̄ inquit qui aufert aliquādo amittit ea: ſiue malos patiēdo: ſiue ipſe male viuendo: nec aliud habet: vnde reſtituat. Huic certe nō poſſumus dicere. Red de qꝺ abſtuliſti. Ideo dicit extra de reſti. ſpolia. caꝑ. olim. Non debent compelli ad reſtitutionem: qui non habent vnde reſtituant: donec ad pinguiorem perueniāt fortunā: quia inanis eſt actio quā inopia debitoris excludit. Hic ibi. Sed ſi perſona eſt ei nota: tunc petat dilationem vel remiſſionē ſi ſaluo honore fieri poteſt. Doleat tamē ꝙ non poteſt reſtituere: ⁊ proponat reſtituere q̄cito poterit. Semper enim debet facere ſuum poſſe vſqꝫ ad mendicitatē. Correlarium primum. Grauiter ⁊ periculoſe videntur errare qui volunt rem alienam vſqꝫ ad mortem preſeruare. Patet primo propt̄ incertitudinē mortis ⁊ loquele: quia incertum eſt: vtrum poſſumus habere vſum lin-

G

H

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A gue ad diſponendã reſtitutionẽ. Tum etiã
propter infelicitatem heredum ⁊ hominuz
quibus reſtitutio aliquãdo cõmittitur quã
minime perficiunt. Ideo dicitur Hierem̃.
xvij. Maledictus homo qui confidit in ho=
mine. Correlarium ſecundũ. Non omnib⁹
indifferenter res aliena eſt reſtituẽda: ſed
domino rei ⁊ ſuis heredibus eſt principali
ter reddenda: vt patet Thobie. ij. cap. Ubi
dicitur. Factum eſt autẽ vt mulier hedum
caprarum accipiens: detuliſſet domi cuius
cum vocem balantis vir eius ſcilicet Tho=
bias audiſſet dixit. Uidete ne forte furtiu⁹
ſit: ſed reddite eum dominis ſuis: quia non
licet nobis edere de furto aliquid aut con=
tingere. Ex hoc iam patet: ꝙ reſtitutio rei
aliene eſt domino rei facienda: non alijs
indifferenter: quia dicit. Reddite eum do=
minis ſuis. Idem etiam habetur. iiij. q. j.
reintegranda ſunt omnia: ſpoliatis fere ꝑ
totam queſtionem: ⁊ de reſtitutio. ſpolia.
per totũ. Fallit tamen hoc cũ is qui dedit
pecuniam: commiſit turpitudinem in dan=
do: vt patet in ſymonia. Et ſi dominus ha=
beri non poteſt: aut quia mortuus eſt: tunc
facienda eſt reſtitutio ſuis heredibus. Et
B hoc eſt verum: niſi aliter ordinatum ſit in
teſtamẽto. Si enim ordinaſſet ꝙ bona ſua
deberent diſtribui in pias cauſas: tunc nõ
heredibus ſed executoribus facienda eſt
reſtitutio. Si autem ignoratur dominus
rei vel non inueniatur: tunc cum conſilio
et auctoritate eccleſie ſue parochialis: di=
ſtribuatur in pias cauſas: ⁊ hoc maxime
in elemoſynam pauperũ vel in redemptio
nem captiuorum: ⁊ hoc in illa villa vbi fe=
cit tale damnum. Et ſi villa neſcitur: ſaltẽ
in illa dyoceſi vbi facta eſt rapina. ¶ Ter=
tia concluſio. Non ſolum fures ⁊ raptores
principales obligantur ad reſtitutionem:
verumetiam participantes ⁊ cooperãtes.
ad rei aliene ablationem. Patet per Eſai=
am prophetam dicentem. Principes tui in=
fideles ſocij furum ⁊c. Eſa. j. Item pſalmi=
ſta. Si videbas furem currebas cum eo
Idem patet ad Roma. j. Non ſolum qui fa
ciunt: ſed qui conſentiũt facientibus digni
ſunt morte: ⁊. lxxxvj. di. c. facietis. Et ſunt
nouem qui participant in tali crimine: ⁊ te
nentur ad reſtitutionem quilibet inſolidũ C
et continentur in his metris. Iuſſio. conſi=
lium. conſenſus. palpo recurſus. Partici=
pans mutus ⁊c. Et de his dictum eſt in ſe=
ptimo precepto. Sermone quarto.
Explicit Nonum preceptum.

¶ Incipit Decimũ preceptum.

NOn concupi=
ſces vxorẽ ꝓximi tui. Iſtud
eſt decimum preceptũ ⁊ vl=
timum: in quo prohibet oĩs
concupiſcentia carnalis: ſi=
cut in nono precepto prohibetur concupi=
ſcentia oculoꝝ. Ideo autẽ dantur duo pre
cepta prohibentia hanc duplicem concupi
ſcentiam: eo ꝙ ad has natura corrupta ma
xime inclinatur. Nam ad concupiſcentiam
oculorum inclinat per cõuerſationez ſui in
eſſe indiuidui: ſed ad concupiſcentiam car
nis propter ſui cõſeruationẽ in eſſe ſpeciei.
Peccant ergo primo contra hoc preceptuz
om̃es qui habent voluntatẽ violandi tho=
rum proximi ſui. Ubi conſiderandũ eſt: ꝙ ſi A
dominus ſolum voluntatem huius pecca=
ti prohibet: quanto ergo rigore ſue iuſticie
voluntatẽ ſuam facto implentes punict: ⁊
illos potiſſime q̃ pulchras: caſtas ⁊ ꝓbas
vxores habẽtes anĩas ſuas diuina imagi=
ne inſignitas: ſordidis cõcupiſcentijs alia=
rum maculant feminarũ. Ad hanc vitan=
dam monemur ex quattuor. Primo ꝓpter
ſanctoꝝ patrum imitationẽ. Scribitur eñ
Geñ. xxx. ꝙ cum vxor putipharis principis
exercitus Pharaonis videret Ioſeph pul
chrum facie ⁊ decori aſpectus: ⁊ diceret ei
Dormi mecum. Ille abhorruit dicens. Do
minus me⁹ mihi om̃ia tradidit: ⁊ nihil eſt
qđ nõ eſt in ꝑtãte mea preter te: quia vxor
eius es: quõ ergo hoc malũ facere poſſuz?
Thobie ꝗ̃o quarto habet: ꝙ inter alia do=
cumẽta q̃ Thobias dedit filio ſuo hoc ſpe=
cialiter dixit. Attẽde tibi fili mi ab om̃i for=
nicatione: ⁊ preter vxorem tuam non pati=
aris crimen. De hoc ſingulariter gloriaba
tur ſanctus Iob. xxxj. capi. dicens. Si de=
ceptum eſt cor meum ſuper mulierẽ: ⁊ ſi ad
oſtium amici mei inſidiatus ſum: ſcortum